sationes publicas: adhuc est quædam accusatio publica per quam pun
itur violentia, siue sit publica. siue priuata: quia per l. Iul. de ui publ.
punitur quis de ui armata, quia deportatur. Per l. autem Iul. de ui pri
uata aliquis punitur, qui vim fecit sine armis, qd tertia pars bonorum
suorum publicatur. Item de f. Sin autem per vim. Supra vidistis
de illo qui commisit stuprum cum ui, ut quia viduam, vel uirginem.
uel monialem rapuit, uel potes continuare istum §. ad præcedentem
sic. In §. proximo dictum est qualiter punitur ille, qui per vim armatā
uel sine armis aliquid alicui abstulerit. modo autem tractat qualiter
punitur ille qui stuprum committit per vim. Franc.

k † In tertiam partem. 3 nota ex maiestate delicti maiorem pœnā
imponi, ut hic, & C. ad legem Iuliam de ui. l. ij. & facit supra, de inter
di. §. qui autem. Item hic damnatus sit infamis: ut ff. ad legem Iuliam
de ui pri. l. j. j. respon. Accursus.

l † Sin autem. 3 dixit supra quando sine ui aliquis commiserit stu
prum: ut §. e. §. eadē. nunc quādo ui. Vel continua cū superiori prox. §.
m † Constitutionis. 3 ut C. de raptu uirg. l. j.

† ITEM LEX IULIA. CASVS. Non solum leges superio
res dicuntur accusationes publicæ: sed etiam accusatio l. Iul. peculatus

ter eas ferales angustias compre
hensus (secundum quod regionis
qualitas tulerit) uel in vicinum
mare, uel in amnem 2 proiciatur
vt omnium. 1 elementorum vsu ui
uus carere incipiat: & ei cœlum
superstiti, & terra mortuo auferat
ur. Si quis autem alias cognatio
ne, vel affinitate coniunctas sibi
personas necauerit, pœnam le
gis Corneliæ deficiariis sustine
bit. b

† Publici iudicii crimen legis Corneliæ de
falsis censetur: quia tenet quicunque aliqd
de iis quæ exprimuntur in textu commis
sit, & pœna eius in seruo est vltimum sup
plicium, in libero deportatio. Aretinus.

† Itē lex Cornelia de falsis, quæ
etiam testamentaria 2 vocatur,
pœnam irrogat ei, qui testamen
tum, uel aliud instrumentum d
falsum scripserit, c signauerit, re
citauerit, i sub iecerit, vel si
gnum 3 adulterinū 4 fecerit, scul
pserit, expresse, sciens, dolo ma
lo. Eiusque legis pœna in seruus
vltimum 5 supplicium est (quod
etiam in lege deficiariis, & vene
ficis seruatur) in liberos verò de
portatio. 1

† Vim committens cū armis aliter, quam
virginem rapiendo, deportabitur: si sine ar
mis tertia partis bonorum publicatione dā
nabitur. Sed per vim uirginem vel monia
lem rapiens, uel præstans opem capite pun
itur. Aretinus.

† Item lex Iulia, de vi publica,
seu priuata, aduersus eos exori
tur, qui vim, vel armatam, vel si
ne armis commiserint. Sed si qui
dem armata vis arguatur, depor
tatio ei ex lege Iulia de vi publi
ca irrogatur: si verò sine armis,
in tertiam 6 partem bonorum

serui, quam liberi puniuntur, ut hic, & ff. ad l. Corn. de fals. l. j. §. si. & ff. si
ex noxa. cau. aga. l. pe. & ff. de pœ. l. in seruorum. imo & inter liberos
magis puniuntur minores, quam maiores: ut ff. de incē. rui. nau. l. Pedius.

† ITEM LEX IULIA. CASVS. Iam vidistis multas accu
sationes publicas: adhuc est quædam accusatio publica per quam pun
itur violentia, siue sit publica. siue priuata: quia per l. Iul. de ui publ.
punitur quis de ui armata, quia deportatur. Per l. autem Iul. de ui pri
uata aliquis punitur, qui vim fecit sine armis, qd tertia pars bonorum
suorum publicatur. Item de f. Sin autem per vim. Supra vidistis
de illo qui commisit stuprum cum ui, ut quia viduam, vel uirginem.
uel monialem rapuit, uel potes continuare istum §. ad præcedentem
sic. In §. proximo dictum est qualiter punitur ille, qui per vim armatā
uel sine armis aliquid alicui abstulerit. modo autem tractat qualiter
punitur ille qui stuprum committit per vim. Franc.

k † In tertiam partem. 3 nota ex maiestate delicti maiorem pœnā
imponi, ut hic, & C. ad legem Iuliam de ui. l. ij. & facit supra, de inter
di. §. qui autem. Item hic damnatus sit infamis: ut ff. ad legem Iuliam
de ui pri. l. j. j. respon. Accursus.

l † Sin autem. 3 dixit supra quando sine ui aliquis commiserit stu
prum: ut §. e. §. eadē. nunc quādo ui. Vel continua cū superiori prox. §.
m † Constitutionis. 3 ut C. de raptu uirg. l. j.

† ITEM LEX IULIA. CASVS. Non solum leges superio
res dicuntur accusationes publicæ: sed etiam accusatio l. Iul. peculatus

dicatur accusatio publica & hac l. punitur ille, qui pecuniam reipub.
surripuit, & si fuerit iudex vel magistratus, qui hoc fecerit, pœna ca
pitali punitur, & omnes eius complices. Si autem quis extraneus, q
non fuerit iudex, vel magistratus, pecuniam reipublicæ surripuerit,
ipse & eius complices deportari debent. Fran.

suorum 7 publicatio imponitur.

† Sin autem 1 per vim raptus vir
ginis, vel viduæ, vel sanctimonia
lis, vel alterius fuerit perpetra
tus: tunc & raptores, & ij qui o
pēm huic flagitio dederunt, ca
pite puniuntur, 1 secundum no
stræ constitutionis 2 definitionē:
ex qua hoc apertius possibile est
scire.

† Publicam, sacram, uel religiosam rē fur
to subtrahens, & talibus opē præstans, ex
lege Iulia peculatus, q publica est, capite
punitur: aliter autem ex ea delictum com
mittens, deportatur. Aretinus.

† Item lex Iulia peculatus eos
punit, qui publicam 3 pecuniā,
vel rem sacram, 4 vel religiosam, 5
furati 6 fuerint. Sed si quidem ip
si iudices tempore administratio
nis publicas pecunias subtraxe
runt, capitali animaduersione pun
iuntur: & non solum hi, sed et
iam qui ministerium 7 eis ad
hoc exhibuerint, vel qui subtra
ctas ab his scientes susceperint. 8
Alij verò qui in hanc legem inci
derint, pœnæ deportationis 9 sub
iunguntur.

† Lex Flauia de plagiaris, quandoq; pœ
nam capitis, quandoque leuiorem irrogat,
secundum. Angel.

† Est & inter publica iudicia lex
Flauia 1 de plagiaris, 2 quæ in
terdum capitis pœnam 3 ex sacris
constitutionibus irrogat, interdū
leuiorem.

† Lex Iulia de ambitu, repetundarum, de
annonæ, & residuis, quæ in diuersis capit
lis loquuntur diuersas pœnas (præterquā
mortis): inferunt. Aretinus.

† Sunt præterea publica iudicia,
lex Iulia 7 de ambitu, lex Iu

legem Fla. de Pla. l. j. & l. lege. & Leum & l. pœ. §. si. Item tenetur, qui li
berum hominem de loco in locum transportat: vt C. ad l. Fla. de Pla.
l. qm. & hoc si dolo. facit non alter: vt ff. ad l. Fla. de pla. l. legis. Flauie
Itē hæc lege tenetur, si quis seruum in fuga cōstitutum vedat, ita ut
emprio statim teneat: vt C. ad legem Fla. de Pla. l. in fuga.

x. † Capitis pœnam. 3 scilicet maiorem, aliquando minorem capi
talē: cum capitalis alias sit minor alias maior. Nam ingenuus nobi
lis in metallum damnatur, ignobilis, gladio feritur, seruus vel liber
bestiis subicitur: ut C. de Pla. l. si. & ff. ad legem Fla. l. si. in fi. Itē quædā
ciuilis pœna olim imponebatur, quæ cessat hodie, ut ff. eo. l. si.

† SVNT PRÆTEREA. CASVS. Scire debitis, q omnia
fere iudicia publica, de quibus tractatum est a prim. institut. usq; hac,
sunt publica & capitalia. Modo autem est tractaturus Instit. de qui
busdam iudiciis, quæ sunt publica, sed non capitalia, & enumerat ea
in litera. Prima est l. Iul. de ambitu. Secunda est l. Iul. repetundarū
Tertia est l. Iul. de annonæ. Quarta est l. Iul. de residuis. Quando autē
& in quibus casibus locū habeat istę leges, plane habes notatū in gl.
ordi. Istę autem leges minorem pœnam quam capitale inferunt eis,
qui præcepta earum, siue earum iudicia neglexerint. Franc.

y † Lex Iulia de ambitu quæ habet locum in quatuor casibus. Pri
mo si quis dederit clam pecuniam, ut aliquem forciat uouere nō
in ciuitate Romanæ: nam ibi cessat hæc lex: cum princeps ibi eligat:
ut ff. ad legem Iuliam, de ambi. l. j. in princip. Ideo dixi clā quia palā
potest

n † Publicam pecu
niam. 3 scilicet ciuitatis
Romanæ, non alteri,
vt ff. de fur. l. ob pecu
niā. & ff. ad legem Iu
liam pecul. l. iij. §. pe.
o † Rem sacram. 3 vt
calices & thuribula, q
sacra sunt: vt supra de
rerum diui. §. nullius.
p † Religiosam. 3 vt
ornamenta sepulchro
rum.

q † Furati fuerint. 3
vel etiam immiscuerit,
ita quod damnificauer
int rem publicā: vt ff.
ad legē Iuliam pec. l. i.
r † Ministerium. 3 id
est, adiutorium.
s † Susceperint. 3 sci
licet ad custodiendum.
t † Deportationis. 3
deportantur enim. Et
nota, q quinquēno du
rat hæc actio: vt ff. ad le
gē Iuliam pec. l. pecula
tus. b Item est speciale
in ea, qd hæredes in
choetur: vt ff. ad leg. Iu
liā pecul. l. si. Accursus.

† EST ET INTER.
CAVS. Nō solum
ista sunt publica iudi
cia quæ uos uidistis, &
l. Flauia de plagiaris
is, q interdū pœnā capi
tis infligit, & interdum
minore, dicitur publi
cum iudiciū, & habet
locū hæc lex, si aliquis
filiū alterius surripue
rit, & eum uendiderit.
talis. n. magnā plagam
parentib. inferit. Idem
est, si seruum alienum
surripuerit, & distraxe
rit. Franciscus.

v † De plagiaris. 3 iō
sic dicta, quia orbatō
patre filio, vel domino
seruo, hæc lex punit or
bantem, siue talem pla
gam inferentem. habet
enim locum quādo ali
quis distrahit alienum
seruum vel filium, ita
q pater vel dominus
nō pōt rehabere: vt ff.

Phaniam
uocat hæc
legem Be
roaldus. Pe
rorus, Ca
tellia. Cob
ta: Flauia
uero, id qd
magis pla
cet, Pōpo
nius latus
uir etatis
suz doctif
simus a sta
uio quodā
tribuno
plebis. Fa
uian autē
nemo peri
tiorum mo
do agno
scit.

Lex Iulia
de ambitu
in quatuor
casibus ha
bet locum

† Qui pec
unia, uel
rempubl.
Th.
Peculatus
actio quin
quēno du
rat.
b Dic idē
i adulterio
& stupro,
vt nō. glo.
5. eo. §. ij. re
gulariter
autē durat
per annos
xx. l. quere
la. cum ibi
nota. C. de
fal. & c. An.
1 Fabian
Paul. lib. 3
sentē. & C.
Theoph.
& Cic. pro
Rabi.

Phaniam
uocat hæc
legem Be
roaldus. Pe
rorus, Ca
tellia. Cob
ta: Flauia
uero, id qd
magis pla
cet, Pōpo
nius latus
uir etatis
suz doctif
simus a sta
uio quodā
tribuno
plebis. Fa
uian autē
nemo peri
tiorum mo
do agno
scit.

Lex Iulia
de ambitu
in quatuor
casibus ha
bet locum

† Qui pec
unia, uel
rempubl.
Th.
Peculatus
actio quin
quēno du
rat.
b Dic idē
i adulterio
& stupro,
vt nō. glo.
5. eo. §. ij. re
gulariter
autē durat
per annos
xx. l. quere
la. cum ibi
nota. C. de
fal. & c. An.
1 Fabian
Paul. lib. 3
sentē. & C.
Theoph.
& Cic. pro
Rabi.

Phaniam
uocat hæc
legem Be
roaldus. Pe
rorus, Ca
tellia. Cob
ta: Flauia
uero, id qd
magis pla
cet, Pōpo
nius latus
uir etatis
suz doctif
simus a sta
uio quodā
tribuno
plebis. Fa
uian autē
nemo peri
tiorum mo
do agno
scit.

Lex Iulia
de ambitu
in quatuor
casibus ha
bet locum

† Qui pec
unia, uel
rempubl.
Th.
Peculatus
actio quin
quēno du
rat.
b Dic idē
i adulterio
& stupro,
vt nō. glo.
5. eo. §. ij. re
gulariter
autē durat
per annos
xx. l. quere
la. cum ibi
nota. C. de
fal. & c. An.
1 Fabian
Paul. lib. 3
sentē. & C.
Theoph.
& Cic. pro
Rabi.

Phaniam
uocat hæc
legem Be
roaldus. Pe
rorus, Ca
tellia. Cob
ta: Flauia
uero, id qd
magis pla
cet, Pōpo
nius latus
uir etatis
suz doctif
simus a sta
uio quodā
tribuno
plebis. Fa
uian autē
nemo peri
tiorum mo
do agno
scit.

Lex Iulia
de ambitu
in quatuor
casibus ha
bet locum

potest: ut ff. de pollicita. l. j. §. j. & ff. de officio prætor. l. Barbarius. a Dicit Io. Secundo habet locum, quando quis stat in magistratu ultra annum: ut Fab. q. hoc C. ad legem Iuliam de ambitu. l. j. Tertio si quis ingredit domum iudicis cognoscens de causa criminali: ut ff. ad legem Iuliam de ambitu. rû: ut l. in eos. ff. de tui aureorum, v. ff. ad le

tutel. & in gem Iuliam de ambitu. l. j. Sed i casu deporis sine quoque, tati, quando, scilicet bis suff. per totum. & ff. de est affectus: ut C. ad mu. & h. legem Iuliam de ambitu. l. j. Sed fallit in affectu: ut C. de affectu. l. licet. Item in proconsule: ut ff. de officio proconsulis. l. antepenult. Idem dicuntur de stratione: ut ff. de stratione. l. c. ff. de mensibus, quia ne dari, non

autem cum administracione secundum Bart. & Ang. t Th. subditur. Lex Iulia repetundarum. a q Lex Iulia repetundarum. §. quæ habet locum, quando iudex per pecuniam facit aliquid vel omittit, ut ff. ad legem Iuliam repetundarum. l. j. iij. v. vj. & vij. Eculentum tamen potest accipere iure ut in fine. sed iure nouo non, nisi quando deficeret salarium: ut in authent. iudices sine quoquo suffrag. §. scriptum est exemplar huius uersu. quapropter. ibi, aut si non est. colla. ij. Poena autem huius legis est civilis in quadruplum: ut C. ad legem Iuliam repe. l. j. Criminalis extra ordinem: ut ff. ad legem Iuliam repe. l. lex Iulia. §. hodie.

b q Lex Iulia de annona. §. hæc lex locum habet, quoties quis facit ut annona carior sit, & est poena in eum statuta xx. aureorum: ut ff. ad legem Iuliam de annona. l. ij.

c q Lex Iulia de residuis. §. & hæc lex habet locum, quando aliquid superfluit ex aliqua administratione publica: & ipse in usum suum convertit. cui erat illa administratio commissa, ut ff. ad legem Iuliam pecu. l. ij. §. lege. Poena autem huius legis est tertia parte amplius, quam debet, quod P. sic dixit, ut esset in quadruplum. Vel dic amplius tertia parte, quia punitur in simplum, & in tertia parte simple: ut ff. ad legem Iuliam pecu. l. iij. §. sed & qui pecuniam. in fine. maxime quia poenæ restringendæ sunt: ut ff. de poe. l. interpretatione.

Penæ sunt restringendæ. ADDITIO. Nota, quod in istam legem incidunt officiales, siue camerarii, qui habent ex administratione publicas pecunias, & finito officio aliquid retinent: quia tenentur ista lege & poena supra dicta. Et etiam aduersas, quod ista poena & lege tenentur officiales, quia una collectam impositam in communi, destinatam pro usu & necessitate communis, ipsi conuertunt dictam pecuniam in alium usum, quia et si esset pro necessitate communis, tamen incidunt in istam legem, ut est

casus in l. ij. ff. ad legem Iuliam pecu. secundum Angelum. d q Subiiciunt. §. scilicet leges prædictæ quatuor. vel dic quod loquatur in definit: ut patet in inferioribus.

e q Earum. §. scilicet legum. nam in contractibus & aliis quæ debent de iure sortiri effectum, & non fortuantur, iudicat lex non valere: ut

gesta continere dicit hoc dicit. Angel.

¶ Sed de publicis iudiciis hæc exposuimus, ut uobis possibile sit summo digito, & quasi per indicem ea tetigisse: alioqui diligentior eorum scientia uobis ex latioribus Digestorum, seu Pandectarum libris, t Deo propitio, aduentura est. h t

30 & in sequentibus tit. usque ad tit. de pub. iud.

¶ SED DE PVBLICIS IUDICIIS. ¶ CASVS. Dixi Iustiano: Domine, quare tantum de publicis iudiciis tractasti, & tot exempla de eis posuisti? Frater (respondet dominus Iustianus) hoc fecimus ad utilitatem uestram, scilicet ut de eis aliquam notitiam generalem haberetis, siue cognitionem, sed plena eorum cognitio, siue scientia ex latioribus Digestorum libris Deo propitio aduentura est. Modò autem sufficiat uobis hæc summo digito, & quasi per indicem tetigisse. Et nota, quod per hæc duo uerba, aduentura, & summo digito, duo dat nobis intelligere, scilicet profunditatem, per hoc quod dicit, summo digito, & beatam spem, per hoc quod dicit, aduentura. hoc dicit. Franciscus de Aret.

f q Summo digito. §. id est, longiori digito, cum quo quis tangere potest altius, quam cum aliis, qui dicitur medius. Accursius.

g q Per indicem. §. id est, per alium digitum qui dicitur index. Vel dic & melius, quod hæc dicta sunt ut sint index, siue demonstratio aliorum dicendorum, sicut & sub gallina ouum dimittitur, ut sit iudex ad hoc ut ibi alia faciat oua. & idem in his, qui aucupantur ad colubas.

h q Aduentura est. §. ut ff. de publicis iudiciis. per totum librum usque ad titulum de appellationibus, qui sequitur. Accursius Florentinus.

40 ADDITIO. Velit rex cœlestis nostra crimina omnia, & priuata, & publica tollere, ne nos ghereas ad sedes impediunt ascendere. Amen.

FINIS QVATVOR
librorum Institutionum.

poenæ i criminalibus sunt ordinariæ, & extraordinariæ.

Th. cognitio. Th. doctrina. al. continet.

Oua quare sub gallinis & columbis dimittuntur.

C O R P V S L E G V M P E R M O D V M I N S T I T V T I O N V M

AB INCERTO AVCTORE IN COMPENDIVM

redactum, ex uetustissima Bibliotheca
nuper emissum.

Locos, ex quibus transcriptum fuit, margini adiecit P. Prateus I. C.

E P I T O M E I V R I S C I V I L I S.

¶ De iustitia & iure.
† l. j. D. de iust. & iu.
† l. x. D. eo.
a ¶ Secundum hoc qd a Deo creata fuit.

† d. l. j.
† ars. D.

† d. l. x.
† d. l. x.

† l. vij. D. de ll.

† d. l. j. §. j.
b ¶ Ius dicitur studium, quia per studiū adipiscimur, ut ius cal leamus.

† d. s. j.
c ¶ Subdiuisio est secundum constituentes.

¶ De iure naturali, gentiū & civili.
† d. l. j. §. ij. & instit. de iur. nat.
† d. l. j. §. iij.
† l. v. D. de iust. & iu.

d ¶ Hæc tria iure ciuili inuenta sunt. licet enim donatio apud gentes esset, tamen ex solo pacto quis nō obligabitur.
e ¶ Id moris est, ut cum aliqua noua res interueniente, necessitas ingrueret constitutendæ legis, consules in primis populum interrogaret congregatum, & populus, si sibi placebat, sua auctoritate adhibita confirmabat, similiter & tribuni plebis.
f ¶ Magistratus est quicumque propriam iurisdictionem habet.



I V R I ¶ O P E R A M daturum prius nosse oportet, unde iuris nomina descendat. Est enim à iustitia appellatum iustitia ¶ autē est constans, & perpetua voluntas ius suū unicuique tribuendi. Ius vero (ut Celsus ¶ definit, est æquitas ¶ constituta, vel præceptum boni & equi. Huius quidem ¶ prudentia, est diuinarū, atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia. Eius ¶ præcepta sunt hæc: honeste viuere, alium non lædere, suum unicuique tribuere. Virtus ¶ eiusdem, est imperare, permittere, vetare, punire. Huius ¶ autem studij ¶ duæ sunt positiones, publicū ius & priuatum. Publicum ius est, quod ad statum Reipublice pertinet. Priuatum est, quod ad singulorum utilitatem spectat. Et prius quidem dicendum videtur de iure priuato, quod est tripartitum. ¶ Collectum ¶ est enim ex naturalibus præceptis, vel gentium, vel ciuilibus.

¶ I V S N A T V R A L E E S T, quod natura ¶ docuit omnia animalia, ut sunt maris & foeminae coniunctio, filiorumque pro creatio & educatio. Huius enim iuris peritia non solum homines, sed etiam cætera animalia censentur. Ius ¶ gentium est, quod gentes humanæ sibi ipsæ constituerunt. Huius ¶ autē iuris sunt, emptio, venditio, locatio, cōductio, societas, mandatum, depositum, mutuum, pignus, permutatio, cōmodatum, & penē omnes contractus: Penē dictum est, propter contractus ¶ donationis, stipulationis, emphyteuseos, q iur. ciuilis sunt. Ius ciuile est, quod vnaquæque ciuitas sibi ipsa constituit. ¶ Diuiditur ex hinc in ius scriptum, & non scriptum. Iuris scripti sunt partes hæ: lex plebis scitum, & senatusconsultum, principum placita, magistratuum edicta, responsa prudentum. Lex est, quod populus ¶ constituit, senatorio magistratu ¶ veluti consule, interrogante. Plebis scitum est, quod plebs constituit, plebeio magistratu, veluti Tribuno, interrogante. Plebs autem differt à populo, eo q appellatone populi vniuersi ciues continentur. Plebis verò appellatione ceteri, præter patritios, & senatores. Sed & ple-

bis scita, lege Hortensia, non minùs auctoritatis habent, quam leges. Senatusconsultū est, ¶ quod senatus iussit, atq; constituit. Nā cum ita auctus esset populus, ut faciliē in vñ conuenire non posset legis faciendæ causa, omne imperium condendarum legum traditum est à populo senatui. Principis ¶ placita sunt, quæ iubet Imperator, atque constituit. Quod enim principi placuit, legis habet vigorem. Hæ enim constitutiones vocantur, quarum quædam sunt communes, quæ in omnium causis valent: quædam singulares: quæ in vna tantum causa valēt, vel persona, ad exemplum trahendæ non sunt. hæc priuilegia vocant. Est enim priuilegiū ius singulare, certis ex causis, contra ius cōmune introductū. In priuilegiis autē considerādū est utrū contra ius eliciant. Aut enim cōstitutio, Rescripta contra ius elicitā ab oībus iudicibus præcipimus refutari. Ea enim quæ contra ius sunt, pro infectis habēda sunt. Rñsa prudenti sunt snia, & opiniones eorū, quibus datū est à Cæsare ius respōdendi, veluti Caij, Vlpiani, Papiniani, & ceterorū, quorū nomina & opera in Digestis continent. Magistratuū edicta, sunt hæc quæ prætores cōstituerunt. hoc etiam ius honorarium appellatur, eo q ab eis constitutū est, qui honores gerebant. Huius ¶ pars sunt edicta ædiliū curulium. Ex non scripto ius uenit, quod usus compro-
buit. Nam consuetudinis, & ususq; longæui non uilis est auctoritas: uerū non adeo sui ualitura momento, ut auctoritate ¶ uincat, aut legem. ¶ Viso autem quid sit ius, & eius partes, uidendū est circa quod uerfetur, uerfatur autem circa res, uel personas, uel actiones. Et primitus de personis, quia earum causa omnia iura constituta sunt, dicendum est.

¶ S V M M A itaque diuisio, de iure personarū hæc est, q omnes hoīes, aut ¶ liberi sunt aut serui. Et libertas ¶ quidem est, naturalis facultas eius, quod cuique facere libet: nī si qd ui, aut iure prohibet. ¶ Seruitus autem est iuris gentium cōstō, qua quis dominio alieno, contra naturā subiicit. Iure. n. natura li omnes homines liberi nascebantur. ¶ Serui aut, aut nascunt, aut fiunt. Nascunt ex ancillis nostris: fiunt ¶ aut, aut iure gentium, s. ex captiuitate: aut ciuili, cū homo liber maior xx. annis, emptore ignorate eū liberum

¶ §. plebiscitū. Instit. de iur. nat. §. senatusconsultum. Instit. eo.

† §. sed & quod Instit.

g ¶ Scdm Tullium consuetudinis ius esse putat id, qd uoluntate oīum, sine lege, uoluntas cōprobauerit. Itē consuetudinis ius esse, qd aut leuiter à natura tractū habuit, & maius fecit usus: ut religionē, & si qd eorū, q an diximus à natura pfectum maius factum pp consuetudinē uidemus, aut qd in morem uetustas uulgi approbatiōe perduxerit. Angel. frustra, inquit, qui rōne uincuntur, cōsuetudinē nobis obiciūt, quasi consuetudo maior sit ueritate. hoc plāne uerum est: quia rō & ueritas consuetudini præponenda est. fm eū, si consuetudini ueritas suffragatur, nihil oportet firmi ¶ teneri. h ¶ Isidorus legem rō commendat. porro si rō lex constat, lex erit oē qd iam rōne cōfiteri duntaxat, quod religioni congruat, q disciplinæ conueniat, qd saluti proficiat.

¶ De iure personarum.
† l. iij. D. de statu ho.
† l. iij. D. eo.

i ¶ Cum. n. quis prohibetur naturalē qdē habet facultatem, sed tñ effectus est impeditus. & ideo quantū ad effectum dicit nī qd iure, &c.

† l. v. D. eo. d. & §. serui. Instit. de iur. pers.

† d.l.v.

¶ De ingenuis.

a ¶ Ingenuus non nisi his duobus modis ullo modo potest effici: servus hominis: liber: etiam ob ingratitudinem, crimine vero tam ingenuus quam liber, non hominis, sed pene servus efficitur, si vel in metallum damnetur, vel bestis subiciatur. l. i. f. d. de sen. pal.

¶ De libertinis & eorum manumissione.

b ¶ In hoc erat differentia triplicis generis manumissionis, quia ciues Romani & liberti, & alienadi inter viuos & testandi morte liberam facultatem habebant. Latini vero inter viuos bona sua poterant alienare, relinquere vero in morte nisi patrono non poterant. Dedititiis vero nec inter viuos alienare, nec ulli in morte nisi patrono relinquere licebat. tit. j. Vlpia.

¶ Qui manumittere possunt.

c ¶ In fraudem creditorum consilio & re manumittit, qui credens bona sua creditoribus non sufficere, animo fraudandi eos, servos libertate donavit, & ex ipsa manumissione defraudatur creditor.

¶ Quibus modis manumissio pcedat.

d ¶ Testamentum epistola codicillus sunt ultimae dispositiones, quae causa mortis sunt. iudicialia uocabantur. iura praetoris, cuius percussione iudicabatur homines in libertatem.

¶ De his qui sui iuris, vel alieno iuri subiecti sunt.

e ¶ In potestate parentum sunt liberi solummodo per uirilem sanguinem ascendendum, ut patris, aui, proavi, abavi, & aliorum. Liberos autem appellatione omnes descendentes cuiuscunque sexus sunt, continentur.

¶ De nuptiis.

f ¶ Legitima coniugia non sunt quae sine consensu utriusque personae contrahuntur. quo-

se venduntur ad participandum pretium passus est. Et in servorum quidem conditione, nulla differentia est. In libertorum vero statu multae differentiae sunt: aut enim ingenui sunt, aut libertini.

¶ **INGENVVS.** est qui ex libera matre nascitur. nec refert, utrum liberum patrem habuerit, necne. Nec etiam refert, utrum mater ingenua fuerit, an liberta. Et si liberta, utrum ancilla conceperit vel libera: dummodo libera facta pariat. Quod si & ancilla conceperit, & postea manumittatur, deinde ob ingratitudinem ancilla facta pariat, placuit eum, qui nascitur, liberum nasci: quia calamitas matris non debet ei nocere, qui in utero est.

¶ **LIBERTINI** sunt, qui ex iusta servitute manumissi sunt. Manumissio autem est de manumissio, id est, datio libertatis. Manumissionis autem olim triplex genus erat. Nam quae manumittebantur, modo consequerantur tiberiam perfectam, & fiebant ciues Romani: modo mediocriter, & fiebant Latini: modo minimam, & fiebant numero Dedititiarum. Hodie, vero Latini & dedititiis sublati, non habita etiam vlla differentia manumissionis, siue etiam gratis manumissionis, liberti civitate Romana fruuntur. Quod licet omnis manumitti possit, non tamen omnis dominus manumittere potest.

¶ **NAMIS, QVI** in fraude creditorum consilio etiam & re manumittit, nihil agit, quia lex Aelia Sentia impedit libertatem, ite impubes manumittere non potest. Item furiosus, & prodigus, cui interdictum est bonis manumittere non potest. Item debitor servum pignoraturn non recte manumittit. Item vir dotalis mancipium non aestimatum acceptum manumittere non potest. Nec etiam, vxor, constanter matrimonio.

¶ **MANVMITTITVR** autem servus in ecclesia, inter amicos Vindicta, testis, epistola, codicillis, aliisque quae pluribus modis.

¶ **SEQVI TVR** de iure personarum altera diuisio. quidam enim sui iuris sunt, quidam alieno iuri subiecti sunt. qui alieno iuri subiecti, sunt alij sunt in potestate dominorum alij in potestate parentum. In potestate dominorum sunt servi. Quae quidem potestas, quam uis iure gentium inuenta sit iure tamen civili temperatur. Olim enim iure gentium vitae necisque servorum ius penes dominum constitutum erat: hodie vero iure civili, qui servum suum sine iusta causa occiderit, non minus puniuntur, quam qui alienum occiderit. etiam quodcumque per servum acquiratur domino acquiritur. In potestate parentum sunt liberi, quos ex iustis nuptiis, procreavimus, vel per arrogationem adoptavimus. Liberos autem alij civiles & naturales, alij naturales tantum, alij civiles tantum Civiles & naturales sunt quos ex iustis nuptiis procreavimus.

¶ **NVPTIAE** autem siue matrimonium, sunt viri & mulieris coniunctio, individua vitae consuetudinem continens. Iustas autem nuptias ciues Romani contrahunt inter se: masculi quidem puberes, foeminae autem viri

potentes, qui & suae mentis & potestatis sunt, nec vlla affinitate vel cognatione vel religione, aut alijs nuptiis aut potestate impediantur. Servi enim, iure civili nullam personam habent: ideo nuptias quae iuris civilis sunt, non contrahunt. Si vero in parentum potestate sint, necesse est parentes consentire in quorum potestate sunt, nisi sint furiosi. Separant autem licita matrimonia sine poena, si maritus uxori suae misceri non potuerit, si alter vel uterque religiosam vitam elegerit, aut ab hostibus capti fuerint. Cum poena autem separantur, si alter contra Imperatorem molitus fuerit, vel si alterius vitae insidiatus fuerit, vel in adulterio deprehensus. Naturales tantum sunt, vulgo concepti, qui spurij dicuntur. Horum autem alij iure civili prohibiti, alij vero non cogniti, prohibitorum alij incesti, alij, alia macula infamiae aspersi. Incesti sunt qui contra foedus sanguinis sunt alia macula infamiae aspersi veluti hi quorum mater non transacto anni spatio a morte prioris mariti, secundis nuptiis se infectavit, vel contra aliquam praedictarum rationum, matrimonium contraxerit. Qui autem huiusmodi matrimonio se scientes copulaverint, si quidem sine liberis ex libero matrimonio sint statim dignitatibus amissis, bona eorum iuribus fisci deputantur, & ipsi exilio puniuntur. si viliores sint personae, etiam corporali quaestioni subiciantur. Si autem legitimi liberi sint, poena patris, sui iuris fiat & paternae vel maternae facultates accipiant ita tamen ut parietibus necessaria administrantur. Iure autem civili non cogniti sunt hi, quorum parentes iustas inter se nuptias contraxisse potuerunt. Hi etiam civiles fieri possunt, si vel ciues donentur, vel post natiuitatem eorum, inter parentes aliquo tempore dotalia instrumenta consiciant, vel super his preces Imperatori porrigantur, & princeps suam interponat auctoritatem, vel si in testamento ut legitimos haeredes instituerit, vel si matrem eorum, vel quocumque defunctus est in contubernio habuerit. Civiles tantum sunt ij, quos adoptamus.

¶ **ADOPTIO** autem duobus modis fit id est, vel imperio magistratus, vel ex sacro rescripto, quae etiam arrogatio dicitur. Imperio magistratus, id est, iudicis auctoritate, adoptamus eos, qui alienae potestatis sunt. Ex sacro rescripto eos, qui sui iuris sunt. Sed arrogati transeunt in potestatem patris adoptivi omnimodo. Adoptati vero per magistratum, non aliter quam si avus vel proavus paternus, vel maternus eos adoptet. Hoc enim casu, quia tam civilia quam naturalia iura concurrunt, soluitur quidem ius naturale parentis, & transit in potestatem adoptivi. Non autem permittitur tunc cuique, aliquem arrogare, nisi cautione facta, promittat personae publicae, id est, tabulario, se daturum quartam omnium bonorum suorum ei: quem adoptat, si vnus eum emancipaverit, & insuper omnia bona sua restitutum iri. In utraque vero adoptione considerandum est, ut is, qui adoptat, plena pubertate, id est, xviii. annis praecedat.

¶ **ADOPTIO** autem duobus modis fit id est, vel imperio magistratus, vel ex sacro rescripto, quae etiam arrogatio dicitur. Imperio magistratus, id est, iudicis auctoritate, adoptamus eos, qui alienae potestatis sunt. Ex sacro rescripto eos, qui sui iuris sunt. Sed arrogati transeunt in potestatem patris adoptivi omnimodo. Adoptati vero per magistratum, non aliter quam si avus vel proavus paternus, vel maternus eos adoptet. Hoc enim casu, quia tam civilia quam naturalia iura concurrunt, soluitur quidem ius naturale parentis, & transit in potestatem adoptivi. Non autem permittitur tunc cuique, aliquem arrogare, nisi cautione facta, promittat personae publicae, id est, tabulario, se daturum quartam omnium bonorum suorum ei: quem adoptat, si vnus eum emancipaverit, & insuper omnia bona sua restitutum iri. In utraque vero adoptione considerandum est, ut is, qui adoptat, plena pubertate, id est, xviii. annis praecedat.

niam secundum humanas & divinas leges, consensus in eo contractu non est, ubi ab utraque persona non intelligitur quod agitur.

¶ **Affinitate** prohibemur uxorem ducere, veluti nuntum, novercam, & generaliter quaecunque se alicui nostro cognato copulaverit, eam nobis in matrimonio copulare prohibemur affinitate.

¶ **Cognatio**, est omnis per communem sanguinem proximitas quando diu scitur, aut in memoria retinetur.

¶ **Religione** prohibentur ne subdiacono, presbyter, episcopus, monachus, ludaeus, Paganus Christianam orthodoxam hereticam uxorem ducat.

¶ **Alijs nuptiis** prohibemur uxorem ducere eam, quae alteri copulata est. Item quae sunt intra annum a morte mariti sui numerandae, propter commisionem sanguinis, & propter tempus luctus uxorem habere non possumus.

¶ **Potestate** prohibetur praesens, ne eiusdem provinciae uxorem ducat.

¶ **Sine parte**, non enim intelligitur iure civili pater, quae iustae nuptiae non demonstrant.

¶ **Fusus sanguinis** est, ut cognatorum sanguis non permiscatur.

¶ **Seneca** annum seminis ad lugendum constituerunt maiores, ut tandiu lugerent, sed nec diutius.

¶ **Fiscus** est Romana Respublica.

¶ **De adoptionibus.** p. ¶ **Adoptio** est civilis actus, quo quis in liberorum nanciatur.

l. iij. D. eo.

l. iij. C. eo.

¶ **Cautio** dicitur promissio per scriptum.

l. iij. C. eo.

¶ **Quia** adoptio debet imitari naturam.

Item

Item foeminae adoptare non possunt, nisi ad-
solatium amissionum liberorum. Item castrati,^a
nec non natura frigidi,^b qui etiam generare
non possunt. Item qui tres habet filios in po-
testate, quartum adoptare non potest. Adop-
tare autem potest quis tam loco filij, quam lo-
co nepotis. Cum autem loco nepotis adoptat,
necesse est filium consentire; nec inuito su-
us hæres agnoscatur.

¶ **COGNITIS AVTEM** qui & quibus
modis liberi sint in potestate, videndum
est, quomodo soluantur a potestate. Soluitur
autem ius patriæ potestatis morte utriusque
capitis deminutione, maxima & media & mi-
nima emancipatione, dignitate. Capitis autem de-
minutio, est prioris status commutatio, Huius
autem species sunt maxima, & media, & mini-
ma. Maxima capitis deminutio est, cum quis
libertatem amittit, & ciuitatem: quod euenit his, qui
bestiis subiiciuntur, & in metallum perpetuo dan-
tantur, vel qui in hostium potestate deueniunt. sed
ij, qui cruciati fuerint, recipiunt pristinum statum,
propter ius postliminii. Media capitis deminutio
est cum quis libertatem retenta ciuitatem
amittit: quod euenit his quibus aqua & igni in-
terdicitur, vel qui in insulas relegantur. Mi-
nima capitis deminutio est cum quis libertatem
te, & ciuitatem retenta, familiam tantum com-
mutat. Hac autem capitis deminutione, ita
demum ius patriæ potestatis soluitur, si is qui
habetur in potestate, minuatur capite.

¶ **EMANCIPATIO** est ciuilis actus,
quo quis patriæ potestate per magistratum exi-
mitur. Emancipatio quidem olim fiebat per æs
& libram, adhibitis ciuib. Romanis puberi-
bus, & eo quod dicebatur libripes, quasi imagina-
ria venditio. Hodie vero competenti magistratu
adito, & emancipationis voluntate patefacta, & au-
thoritate magistratus adhibita, scriptura super
his sublequuta, emancipatio rite procedit. Di-
gnitate vero soluitur ius patriæ potestatis, si forte
is qui in potestate est, episcopatum, vel sum-
mam patritiatus dignitatem nactus fuerit, id est si
cum Imperator sibi in patrem elegerit, vel si co-
sul, præfectus, magister militum factus fuerit.
¶ **Dominorum autem potestas soluitur manumif-
sione.** Item si dominus seruum ægrotum contem-
perit, & necessaria non præstiterit, si eo nesciente
& si contradicente, clericus, aut monachus
factus fuerit, ius potestatis soluitur: uel si, eo sci-
ente & non contradicente, ancilla pro libera, libero ho-
mini ignoranti se in matrimonium copulaue-
rit. Qui autem sui iuris sunt, alij sunt in tutela,
vel curatione, alij neutro iure tenentur.

¶ **TUTELA AVTEM EST** (ut Ser-
uius definiuit) ius ut ac potestas in capite li-
bero ad tuendum eum, qui se propter ætatem de-
fendere nequit. Tutores autem sunt, qui eam vim ac
potestatem habent, unde tutores dicti sunt: qua-
si tutores. Tutorum autem alij sunt testamen-
tarij, alij legitimi, alij datui. Testamentarij
sunt, qui testamento parentum dantur: dare
autem potest testamento tutores parens suis
impuberibus, quos in potestate habet: & ij
primo veniunt ad tutelam: his uero deficientibus

vocantur legitimi. Legitimi vero sunt qui ex
lege xij. Tabul. descendunt. Hi autem, secundum
antiquum ius parens, patronus, agnati,^d
hodie uero cognati. Nam ad quos pertinet
emolumentum successionis, eis incumbit o-
mnis tutela. Datui sunt, qui a iudicibus dan-
tur deficientibus testamentariis, & legitimis.

¶ **OSTENSO QVI DARE POS-**
sunt, videndum est, qui dari possint. Dari au-
tem potest tutor, tam paterfamilias quam fi-
liusfamilias, Minor xxv. annis. Dari non no-
test. Item nec miles, clericus, nec monachus
nec mulier, (nisi liberorum suorum) nec fu-
riosus aut prodigus, recte tutores dari. Gre-
antur uero tutores, ex inquisitione, & satisfac-
tione. Inquiritur enim, utrum sint locupletes
& diligentes. Testamentarij autem non inquiruntur.
Satisfactio tamen legitimi & datui, onerantur
fidem, coguntur promittere, & idoneos fide-
iussores dare, rem pupilli saluam fore. Sine
satisfactione tamen nemo idoneus tutor est.
Datui autem tutores, periculo damno tute-
læ distringuntur, nisi se excusent.

¶ **EXCVSANTVR** autem tutores va-
riis ex causis. Si enim Romæ quis tres libe-
ros in potestate habebat, vel in Italia quatuor, vel
in prouinciis quinque, a tutela excusantur. Item
qui capitales inimicitias cum patre pupilli
habuit. Quique huiusmodi morbo fatigatus, ut
non suis rebus interesse possit quæ causa rei
publicæ futurus est, quæ uero habet onera tutelæ
non affectat excusare se possunt. Sunt & alia mul-
ta causa excusationum, quas in libris Dige-
storum & Institutionum, facile est cognoscere.

¶ **OPORTET AVTEM EOS** qui
se excusare volunt intra quinquaginta dies
si præsentibus sunt, si uero absentes, habita æsti-
matione xx. milium diurnorum, & si super die-
rum xxx. causam suam excusationis ante com-
petentem iudicem allegare.

¶ **NON. SOLVM AVTEM** tutores
volentes excusantur, sed & inuiti quandoque
ut suspecti remouentur, qui ex fide non ad-
ministrant. Alioquin si ex fide administrant
(licet soluendo non sint) non remouentur ut su-
specti, sed curator eis adiungitur.

¶ **QVI AVTEM** non excusantur, siue
gerant siue non, de reddenda ratione finita pupil-
lari ætate, iudicio tutelæ, pupillis adultis fa-
ctis tenentur. Sed si quidem unius pupilli plu-
res tutores sint: si quidem diuisam regionibus
habent administrationem, pro ea parte tantum
tenentur. Si uero pro diuiso administrant, in
solidum unusquisque tenetur. Hæc autem om-
nia quæ dicta sunt de tutoribus, de curatori-
bus intelliguntur, in his solum habita differenti-
a, tutor non rei, sed personæ datur, curator non
personæ sed rei. Item tutor, ad certum tempus
& ex certo tempore non datur: Curator, uero
& ad certum tempus, & ex certo tempore, &
ad certam rem, recte datur. Item tutor pupillis
tantum datur, curator uero & pupillis & adul-
tis, & in omni ætate dari potest. Et tutor qui
iudicio tutelæ rationem reddit: Cura-
tor uero iudicio negotiorum gestorum tenetur.

† l. j. deleg. tut.

d ¶ Agnati sunt co-
gnati per cognationem
virilis sexus coniuncti.

¶ Quomodo tuto-
res dantur.

e ¶ Quantum ad pu-
blica munera, filiusfa-
milias pro patribus fa-
milias habentur.

f ¶ Nec magistratus,
quia publicis negotiis
non priuatis uacare de-
bent.

g ¶ Quod si perit ali-
quid de rebus quæ sunt
in eius tutela dolo uel
negligentia tutoris, tu-
torem emendare oportet.

¶ De excusatione tu-
torum.

† l. j. C. qui nu. lib.
† l. Athletæ. §. dat. D.
de excus. tut.

† l. j. C. qui. morb.

¶ Intra quod tem-
pus se quis excusare
debeat.

† l. j. quinquaginta. D.
de excus. tut.

¶ De suspectis.

† Causas suspicionis
recenset Iurisc. l. 4.
§. nunc uideamus. D.
de susp. tut.

¶ De reddenda ratio-
ne tutelæ.

† l. j. de tute. & rat.
dista.

† l. iij. §. quamuis. D.
de admin. tut.

¶ Differentia tutoris
& curatorum.

a ¶ Spadones uero ad-
optare possunt.

b ¶ Non debent habere
ciuiles, qui non pos-
sunt habere naturales.
Notandum, quod si aliquis
velit aliquem loco ne-
potis adoptare, necesse
est quod habeat filium in
potestate, ex quo ado-
pret. alioquin necesse
est, ut primus filium
adoptet. sic in pronepo-
te & abnepote, & cæ-
teris.

¶ Quibus modis ius
patriæ potestatis solu-
atur.

† l. j. de cap. demi. D.
Capitis deminutio.

† l. f. D. eo.

c ¶ Qui sui iuris sit,
alien. efficitur, ut ecce-
tra.

¶ De emancipatio-
nibus.

† In auth. consti. qua
de digni. col. vj.

¶ Quibus modis ius
dominice potesta-
tis soluitur.

¶ De tutelis.
† sic Theoph. & Harmen.
& Harmen. quamuis
in Fl. Pan. ius legatur
l. j. D. eo.

† l. j. D. de testa. tut.

Secunda Pars, siue Liber

S E C V N D V S

De rebus diuini iuris, & humani.



Vperiore libro de iure psonarum actū est: nūc autē videamus de rebus, quæ in fo-
 t patrimonio habētur vel
 extrapatrimoniu. Rerū enī
 aliæ sūt diuini iuris, alię ve-
 ro humani t iuris sūt. Diuini iuris, sūt res sa-
 cræ, religiōsæ & sanctæ. Sacrū ē t, q̄rite Deo
 & p pontificem dedicatū est. Alioquin si q̄s
 sua auctoritate velit sacrū constituere, non
 est sacrū, sed profanum: ut sunt templa & do-
 naria, ad perpetuū vsum diuini cultus desti-
 nata. Ea vero quæ ad vsum inibi deseruiētū
 destinantur, veluti prædia, & domus, licet sa-
 cra non sint, tamē veluti sacra si immobilia
 sint, vel mācipia rustica, vel ciuilis annona,
 alienari t prohibētur, vel hypothecæ seu pi-
 gnoris titulo obligari, nisi causa redemptio-
 nis captiuorū, vel iure emphyteuseos t, uel
 iure permutationis habitæ, vel iter ecclesiæ
 & ecclesiā, uel inter ecclesiā & prochiū
 vel alias venerabiles domos, uel inter eccle-
 siā & alias venerabiles domos, & princi-
 pem. Sāctum est, quod sanctiōne quadā sub-
 nixum est, veluti muri & portæ ciuitatum,
 vnde & capite puniuntur, qui ea sine magi-
 stratus cōpetētis permissiōe, dolo A malo
 corruerint. Religiosum autem locum vnus-
 quisque sua uoluntate facit, dum in eum lo-
 cum infert mortuum, in quo ius inferendi ha-
 bet. Licet autem religiosus locus diuini iuris
 sit, ius tamē inferēdi, humani iuris est, quod
 & adhæredem transmitti potest, & inter vi-
 uos alienari non potest, nisi sit tantum fami-
 liæ. tunc enim extra familiam alienari non
 potest. Res autem humani iuris, aliæ sunt pu-
 blicæ, aliæ vniuersitatis, aliæ singulorū, aliæ
 nullius ī bonis. Publicæ t, ut mare, flumina,
 litora maris, vsum quoque riparum publicus
 est. Itaque per ea nauigare, naues arboribus
 ibi natis ligare, retia ficcare, pisces capere, &
 cætera facere, quæ cōmuni vsui impedi-
 mento non sint, cuiuslibet liberum est. Proprietas
 autem riparum, eorum est, qui prope ripam,
 prædia possident. Vniuersitatis b sunt, & nō
 singulorum vt forum, theatra, stadia, & cete-
 ra quæ publico vsui ciuitatis destinata sunt.
 Nullius in bonis sunt t, ut bestię, volucres,
 pisces, quæ in naturali libertate retēta à nul-
 lo possessa sunt. Eiusdem t etiam iuris sunt,
 res hereditariæ ante quam aliq̄s existat hæ-
 res ex testamento uel ab intestato. Sed tamē
 quia hereditas vicem personę sustinet c, cui-
 libet occupanti non conceduntur, Item res
 habita pro derelicto, nullius ī bonis esse cre-
 ditur. Singulorum autē res sunt quę in vniū-
 cuiusque patrimonio sunt, quæ acquiruntur
 cuique, aut speciali iure, aut p vniuersitatē.
 ¶ SPECIALI ENIM IURE do-
 minia rerum quæruntur iure naturali, aut

iure ciuili. Iure naturali quæruntur dominia
 rerum sex modis, t occupatione, inuentiōe
 specificatione, contributione, accessiōe,
 traditione.

¶ OCCUPATIONE QVAERUNTUR, quæ nullius in bonis sunt. Quod enim
 nullius in bonis est, occupanti t conceditur.
 10 Nullius in bonis sunt, vt pisces, volucres, be-
 stiæ quæ ferre naturā sunt. Feræ autem natu-
 rā vidētur esse illa animalia, quæ a nullo co-
 ercita libertate proprii arbitrij, quo volunt
 se ferunt, vt leones, apri, cerui, vrsi, & huius-
 modi similia. Nec interest, vtrū quis hæc in
 suo fundo capiat, an in alieno. Plane t si vide-
 ris aliquem ingredientem in fundum tuum,
 20 venandi aut aucupandi gratia potes eū pro-
 hibere ne ingrediatur. qui si contra prohibi-
 tum ingressus fuerit iniuriarum tibi tenebi-
 tur. Hæc autem ita capta, eouque nostra esse
 intelliguntur, quouque nostra custodia co-
 ercentur. Alioquin si nostram custodiā euas-
 erint, & in naturalem libertatem se recepe-
 rint nostra esse desinūt, & rursus occupantis
 30 fiunt. Insula t quæ in mari nata est (quod ra-
 ro accidit) occupantis fit. Nullius enim in
 bonis esse creditur. At in flumine nata, qd
 sæpe accidit, si qdē mediam partē fluminis
 tenet, eorū est qui prope ripā prædia vtriū-
 que possident, pro modo latitudinis. cuius-
 que, quæ latitudo prope ripā est. Si vero alte-
 ri proximior est, eius est, cuius & ager cui p-
 xima est. Thesaurus t quoq; quos q̄s in suo
 loco inuenerit, diuus Hadrianus naturalem
 æquitatem secutus, ei concessit qui eos inue-
 nerit. Sed si quis in alieno solo inuenerit, si
 quidem fortuito inuenerit, suos esse. Si in ve-
 ro ad hoc data opera, dimidium domino so-
 li dimidium inuentori cōcessit. Idem est, si
 q̄s in patrimoniali, vel fiscali loco inuenerit.

¶ SPECIFICATIONE NOBIS
 res acquiruntur, veluti si ex alienis vuis vi-
 num, vel si ex alieno vino t & melle mulsū,
 vel si ex alieno argento scyphum fecerimus
 in huiusmodi enim omnibus talis regula cō-
 probata est, vt si quidem ea res reducipotest
 ad priorem massam, is sit dominus speciei,
 cuius, fuit & massa. Sin vero minime possit
 60 reduci, is erit dominus, qui specificauit, ipse
 autem tenebitur domino materiei condi-
 ctiōe, vel furti actione. Si duorum domi-
 norum materię permixtæ sunt, si quidem volū-
 tate dominorum, cōmunes erūt. Si vero for-
 tuito casu, si quidē separari possunt, eiusdem
 manent cuius & ante quodq; eorum fuerit, si
 vero separari non possunt, communes sunt.
 ¶ ACCESSIONE NOBIS dominia
 rerū acquirunt, veluti ea quæ alluionem t
 adiiciuntur. Est autem alluuiō, incrementū
 latēs. Per alluionē enim id videtur adici,
 quod ita paulatim adicitur vt intelligi non
 possit quid quoquo mōmēto temporis adii-
 ciatur. Itaque si alieno agro flumen pāte ali-
 quam detraxerit, & agro meo adiecerit, meū
 erit. Item si quis in solo t meo ædificauerit,
 accessiōis loco mihi quærit. Nec enim na-
 turalis

t tot titu. Instit. de
 rerum diuino. & D. de
 acquir. rerum do.

¶ De occupatione.
 t l. iij. D. eo.

t Instit. eo. §. feræ. ves-
 si. planē.

t l. vij. §. insula. D. de
 acquir. rerum do.

t §. thesauros. Instit.

¶ De specificatione.
 t d. l. vij. §. cum quis.

¶ De accessiōe.
 t §. præterea. Instit. eodem.

t d. l. vij. ex diuerso.

t Instit. de rerum diui-
 fio. in prin.
 t l. i. D. eo.

t §. sacra. Instit. eo.

t l. iubemus nulli C.
 de sac. san. eccle. & au-
 then. seq.
 t auct. perpetua. C. c.

a ¶ Alias venerabi-
 les domos, i. xenodo-
 chiū, orph. notroph. ū
 brephotrophium, Ge-
 rontochomiu, nos-
 tochomium. theochiū,
 seu catatrophium, lo-
 cus venerabilis, i. quo
 pauperes & infirmi
 pascūt. xenodochiū
 in quo peregrini, no-
 socomiū, in quo egri
 curantur. O. phano-
 trophium, in quo de-
 situi a parentibus.
 Gerontochomium, in
 quo senes, brephotro-
 phium ubi infantes.
 A ¶ Dolo malo, id ē
 uoluntariē, cum nullā
 iustam causam corrup-
 pendi habuerit.
 t Communes l. quēdā
 D. de rerū diuino. §.
 & quidem. Instit.

b ¶ Quia licet oēs
 possint dicere, nostrū
 est, nullus tamen po-
 test dicere meum est.
 t l. i. §. si. D. de acqui-
 rerum dominio.
 t l. deniq. §. quę situm.
 D. quod ui aut clam.

c ¶ Quia sicut hære-
 dis esset, ita quicquid
 acquiritur per seruos
 uel alio modo hēredi-
 tati acquiritur.

¶ De acquiren-
 do rerū do-
 minio.

A ¶ Putans suam esse rem quā possidet.

a ¶ Sine quibus cōfiteri posset, sed f. et magnam rei utilitatē conferunt, vt si ferui instruantur artibus.

B ¶ Quantum valent postquam essent sublati.

¶ Quare ratione. D. eo.

b ¶ Quod tabula picturæ, non pictura tabulæ cedit.

c ¶ Vt cohereat & vñum fiat.

¶ De traditione, & possessione acquirenda, retinenda, amittenda.

† l. iij. D. de acquirenda possessione.

† §. per traditionem. Inst. de rerum diuisione.

d ¶ Id est, causa ex qua dominium transfertur.

¶ Quibus modis ciuili iure dominia rerū nobis quærantur.

e ¶ Quia si tempus interruptitur, vfucapio non potest.

¶ Quæ res vfucapi non possunt.

f ¶ Cum minor absolute dicitur vñum xxv. annorum intelligitur.

C ¶ Rem i litigio positam nemini licet dare, uel accipere.

g ¶ Quæ ducta in litigium est, & sententia definitiua, terminata non est.

h ¶ Item differentia quia in vfucapione tantum mobilis continetur.

turalis ratio permittit, vt alterius sit ædificium, quatenus & solum. Sed si quidem bona fidei **A** sit possessor, qui ædificauerit, necessarios & utiles sunt prout, dominus ei restituere ^a compelletur. voluptarios verò sine læsione prioris status ei tollere permittitur, nisi & hoc casu, dominus ei æstimationē **B** offerat sublatorū. Mala fidei aut possessor, necessarios tantum & vtilium æstimationem (in quantum res melior facta est) restituere cogitur. Item si quis in sola alieno plantā posuerit, ex quo solo radices coalescunt, erit cuius & solum. Quare ratione [†] plantæ solo cedunt, eadem ratione, sata solo cedere intelliguntur. Item si in mēbrana mea vel charta, Titius carmen & historiam scripserit, accessione iure mihi cedit. At vero in tabula ^b picta contra est. Ridiculum est enim, picturam Apellis vel Parrhasij, in accessione vilissimæ tabulæ cedere. Item si quis purpurā alienam suo vestimento adiecerit, vel sypho ansam, vel statum brachium, accessionis iure sibi cedit. Quicquid enim alicui adicitur ^c vt pars ³⁰ vel emblema, toti cedit.

¶ PER TRADITIONEM NOBIS, iure naturali, dominia rerum acquirunt, cum in alterius rei possessionem inducti sumus. Possessio vero, est corporalis rei detentio. Possessio [†] autem animo & corpore nobis acquiritur, solo animo retinetur, soloque animo amittitur. Traditio vero est corporalis rei translatio. Incorporalis enim rei non est traditio, sed quasi traditio, id est cōcessio. Nihil enim tam conueniens [†] humanæ æquitati, quam voluntatem domini volētis rem suam in alium trāsferre, ratam haberi. Igitur, si aliquo titulo ^d præcedente a domino, aut ab alio, domini voluntate res nobis tradatur, eius dominium rei nobis quærit. Iusti autem tituli sunt, vt emptio, venditio, pro soluto, iudicati, & cætera huiusmodi, quibus rerum dominia transferuntur.

¶ CIVILI IVRE dominia rerum quæruntur vfucapione, seu temporis longi præscriptione. Vfucapio autem est, ciuilis acquisitio, per continuationem ^e possessionis, temporis lege definiti. Si quis enim rem mobilem per cōtinuum triennium, sine aliqua legali interpellatione possederit bona fide, & iusto titulo, vfucapione dominus rei efficiuntur.

¶ RES AVTEM MINORVM vfucapi non possunt. Item quæ diuini iuris sunt, vfucapi non possunt. Item nec res furtiue, vel possessæ vfucapi possunt: quia lex Atnia inhihet vfucapionem: nisi vitium purgetur. Vitium autem purgatur, cum in potestatem domini reuertuntur. Item nec res **C** litigiosæ ^g aut liber homo vfucapi potest. Longi temporis præscriptio eiusdem definitionis est, cuius & vfucapio. ^h Tempus definitū in longi temporis præscriptione, est decennium, vel vicennium. Si quis enim rem mobilem aliquam, vel immobilem seu se mouentem, decennio inter presentes, vicennio inter absentes bona fide possederit, sciente domino, cui

is qui alienauit malæ fidei possessor fuit, suā facit. Quibus autem de causis prohibentur vfucapi, eisdem etiam prohibentur præscribi.

¶ EST ET ALIA ^u longi temporis præscriptio, quæ quidem possidentē dominum non facit, verum contra petentem exceptione possessorem tuctur. Si quis enim re alienam bona fide, seu sciens alienam titulo vel sine titulo per iuge triennium, sine aliqua legali interpellatione pro sua [†] possederit, aduersus petentem quemlibet (nisi sit venerabilis domus ^k vel fiscus) iusta se præscriptione defendet. Hæ enim personæ, non nisi xl. annorum præscriptione remouentur. Si autem huiusmodi possessor, post emensum præstatum tempus, siue vi [†] possessione exciderit, si quidem bona fide possedit, & contra possidentem actionem ad eam petendā habebit. Mala fide vero possidenti nulla actio prodita est nisi vi de possessione sit expulsus. Tunc enim interdicto vnde vi, intra annum vtilē, [†] & ex sacris cōstitutionibus perpetuò agere poterit: quibus constitutionibus cauetur vt si quis rem alicui possidenti, per vim abstulerit, si quidem ipsius auferētis erat dominio eius cadat. Sin vero alienam, & post restitutionē rei eius vim passo, præstet æstimationem. Vi autem videtur auferre, qui non per Iudicem reposcit. Est autem vis, nec scitatas imposita contrariæ voluntati. vis est maior rei impetus, qui repelli non potest secundum Iulium Paulum. [†] In connumerandis aut temporibus, etiam auctorū tempora successoribus profunt. Aduersus autem triennalem præscriptionem, ipso iure minores non iuuantur, sed per restitutionē in integrū ^m sicut & in omnibus aliis causis, & in quibus se aliqua ratione læsos monstrari possunt. & si a tutoribus, vel curatoribus damnum sarcire possint post xxv. annorum curricula, vel post impetrationem ⁿ ætatis iuxta iuge quadriennium eis succurritur, nisi dolo suo lapsi sint, vel contra matrimonium vel iusiurandum restitui postulent. Per auxilium & in integrum restitutionis certis ex causis, & maioribus succurritur, tam aduersus præscriptiones, quam etiam cætera iura. Cæteræ autem causæ sunt, veluti si quis causa reipue absit, vel in hostium potestate sit: vel si copiā magistratus non habeat, aut necessaria peregrinatione detineatur, & aliæ huiusmodi, quas facile est intelligere ex Digestorum libris, titulo, quibus ex causis maiores in integrum restituantur. Succurritur etiam maioribus per iustam ignorantiam. Ignorantia autem alia est facti alia iuris. Facti autem ignorantia omni generaliter succurritur, tam in lucro, quam in damno: nisi sit supina ignorantia, veluti cum vnus ignorat, quod omnes sciūt in ciuitate. Factum enim quisque ignorare potest. Iuris vero ignorantia non omnibus subuenit, sed certis duntaxat personis, [†] veluti militibus. Item mulieribus, & rusticis in certis casibus: & hæc vera sunt, cum de lucro captando quæritur. Si vero de damno agatur, Iuris igno-

¶ De præscriptione xxx. annorum.

D ¶ Itē differentia quia hic non requiritur titulus.

i ¶ Quod si alij possedit ut creditor, colonus, præscriptione non tuctur se.

k ¶ Id est, venerabiles domus uel fiscus, personæ dicuntur, quia vicem personæ in acquisitionibus tenent, sicut de hereditate dictum est.

† Siue vi. veluti est, possessionem absenti aliquis aggressus est.

l ¶ Vtilis annus dicitur, intra quem copia agendi est, alioquin si intra annum ex quo vi deiectus est, agere non potuit, forte quia magistratum non habuit, & in aliū annum agendi potestas dabitur, & ita usque xxx. annos, quandoque anus utilis poterit prolongari.

† l. ij. D. quod metus causa.

m ¶ Restitutio in integrum est ius quo sententia prætoris, certis ex causis per ius ciuile rescinditur.

n ¶ Per æquitatem, quia minor est, quicquid iure stricti amittit ei restituitur, veluti in emptione.

o ¶ Si minores adeo prædicti sint honestatem & scientiam, vt idonei ad administrationem suarum rerum sint, permittitur maribus post xx. annos. forminis uero post xvij. preces Imp. ratori per rigere & suarum rerum administrationem Impetrare, ut idem illud quod deest eis ex natura, mereantur ex industria per impetrationem.

¶ De iuris, & facti ignorantia.

† l. regula. D. de iur. & fauio.

ris ignorantia omnibus subuenitur, nisi solum sit ex causa iudicati, † vel transactionis, vel ex qualis crederet inficiando, vel naturale sit debitum, quod solutum est. Idcirco iuris ignorantia non omnibus in lucro & damno subuenitur sicut subuenitur per ignorantiam facti: quia ius certum & præfinitum est & ab omnibus sciri debet. At enim constitutio, Leges sacratissimæ quæ constringunt hominū vitas, ab omnib. intelligi, † & sciri debet. Factum verò, nulla scientia capi potest.

¶ EST & aliud genus ciuiliū acquisitionis, quod dicitur donatio. Donationum autem alia inter viuos, alia mortis causa. Inter viuos, alia simplex, alia propter nuptias. Simplex donatio est, quæ ex sola liberalitate procedit. Propter nuptias donatio est, quæ causa contrahendarum nuptiarum datur. Propter nuptias donationum alia dos, alia tantum propter nuptias donatio. Dos est quæ à parte sponsæ, sponso, vel parti sponsi, causa contrahendarum nuptiarum datur. Propter nuptias tantum donatio est, quæ etiam ante

nuptias dicitur, quæ sponsæ eadem de causa à sponso datur. Huiusmodi autem donationes, id est, dos, & propter nuptias donatio, etiam constante matrimonio fieri uel augeri possunt, cum ceteræ donationes inter viuos, non solum inter viros & uxores, sed inter eas personas quæ potestate b iunguntur sint prohibita, nisi si quid causa quotidiani usus, inter se donent. Harum autem donationum parem esse c quantitatem pactaque & de retentione pari modo componi, & augmenta d pari modo debere fieri, noua Iustiniani constitutio iubet. Mortis causa donatio est, e quæ fit propter suspicionem mortis. Huiusmodi species duæ sunt, aut enim ita quis donat, ut statim velit eum habere, cui donat, nec etiam morte non secuta, reuocari, vel ita donat, ut malit se habere, quam eum cui donat, vel eum, cui donat, quam hæredem suum. Et prior quidem donatio simpliciter, donationibus cōmuneatur. Hæc verò vim obinet legatorum, id est, morte confirmatur. In donationibus ergo inter viuos, & quantitatem considerare oportet, quæ si maior fuerit quingentorum solidorum gestis intimari † oportet, excepta donatione habitata in venerabiles domos, vel habitata in Imperatorem, vel ab Imperatore.

¶ REVOCAVTVR AVTEM donationes ob ingratitudinem. Ingratitudinis causæ sunt hæc: Si impius † manus contra donatorem mouerit, vel si magnum & intolerabile damnum ei iniecerit, vel si contumelias ei atroces fecerit. His enim interuenientibus, non solum aliæ donationes, sed etiam libertas reuocatur. Reuocantur etiam donationes, si sub conditione, f vel propter causam d iacta sint, & conditio, vel causa non sit secuta. Pacto autem donationis interpolito, donator conditione ex lege, ad rem tradendam tenetur.

¶ PRAETEREA SCIENDVM quidem, quod quædam res sunt corporales quædam incorporales. Corporales sunt, quæ tangi possunt: ut fundus, homo, vestis. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt, veluti ea quæ in iure consistunt, † sicut seruitutes rerum, vel personarum. Item hæreditas vel obligationes. Nec nos mouere debet, quod in his sunt corporales res. Nam ipsum ius seruitutis, veluti ius vtendi fruendi, & hæreditatis, & obligationis, incorporale est.

¶ SERUITUTES AVTEM REVM sunt seruitutes urbanorum prædiorum, vel rusticorum. Ideo autem seruitutes rerum dicuntur, quia nemo potest eas habere, nisi qui habet prædium. Prædiorum autem urbanorum, b sunt seruitutes, veluti hæc, ius prospiciendi, vel non prospiciendi, ius altius ædificandi, vel non ædificandi, ius etiam tignū immitte di, stillicidium vel cloacas in suo recipiendi. Prædiorum rusticorum † iura, veluti hæc, iter, actus, via, aquæ ductus, pecoris ad aquas adpulsus. Iter est ius eundi, Actus ius eundi agendive, via est ius eundi, agendi, duccendive. Igitur qui actū habet, & iter habet: qui verò viam habet, & iter & actum habet: sed non conuertitur. Quod viæ quidem latitudinis octo pedum in directo, & xvj. in anfractu spatium esse oportet. Itineris verò vel actus spatium, non definitur. Constituitur autem † seruitutes, testamento, pactionibus & stipulationibus. Acquiruntur etiam longi temporis præscriptione.

¶ PERSONARVM SERUITUTES sunt hæc, usus, vsusfructus, habitatio. Usus autem est ius vtendi: vsusfructus, ius vtendi fruendi re aliena, salua rerū substantia. Habitatio est ius alienis ædibus inhabitandi. Differunt autem usus & vsusfructus, quia in vsufructu, usus continetur, in vsu verò vsusfructus non utitur. Qui enim in aliqua re vsufructū habet capiendū fructus omnes † suos facit, quos et licet ei videri, donare, & quo modo voluerit tractare. Qui verò vsu tantū habet, fructibus ad suum vsu † & familiæ suæ uti potest, vendere autem eos, vel donare utiq; non potest. Item qui ædium vsu vel habitationem habet, ipse tantum cum familia sua habitare potest, aliis autem locare vel commodare non licet. Qui verò vsufructum habet, hæc omnia facere potest; & aliū vsufructuarius constituitur potest. Vi autem omnes ij debent, si cut bonus paterfamilias. vnde si quis gregis vsufructum habet. in loco capitiū demortuorum, ex fratribus alia submittere i debet.

¶ HVIVSMODI AVTEM personarum seruitutes, tam morte vsufructuarii, q etiam duabus capitibus deminutionibus, maxime scilicet, & media finiri solent. Item pacto, item dominio rei acquisito, tollitur k vsusfructus. hæc autem iura, quæ personarum sunt, ad heredem non transmittuntur.

¶ HOC ETIAM LOCO admonendum, acquiri nobis, non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus. Et quidē quod per seruos nostros acquiritur, sine vlla distinctione nobis acquiritur.

† l. j. D. de rerum di.

¶ De seruitutibus prædiorum urbanorum aut rusticorum.

h ¶ Urbana prædia dicuntur, quæ ædificata sunt, & si sint in uillis. Rustica quæ nullū ædificium habent, et si sint in ciuitate. † l. j. D. de serui. rust. præd.

† §. si. Instit. de seruit.

¶ De usu, & usufructu, & habitatione.

† l. ix. D. de usufr.

† l. ij. D. de usu. & hab.

i ¶ Quia non cæstriguntur ut de suo acquirant, & submittant.

¶ Quibus modis seruitutes personarum tollantur.

k ¶ Tollitur usufructus, quia usufructus est in re aliena. tollitur autem ab usufructuario.

¶ Quia ostensum est quæ res & quo modo nobis quæantur, uidendum est per quas personas nobis, quæantur.

† suis
† §. igitur. Instit. per
quas personas.

a § Peculium, est pa-
trimonium personæ i
potestate constitutæ.

† § j. Instit. per quas
personas.

¶ De acquisitionib.
per vniuersitatem.
† §. si. Instit. per quas
personas.
† l. xxiij. D. de verb.
significat.
† l. j. & l. iij. D. de per-
sonis.

¶ De testamento.
A § Directo id est,
nulla persona media
inter ueniente, ueluti
cum ira dicit Pandul-
phus hæres esto.
b § Eulogium est dis-
positio, uel nuncupatio
dici tur, quia causa mortis
fit, quocunque tempo-
re fiat.
† l. hac consuetudina.
C. de testa.

† l. j. D. de mili. testa.

¶ Qui testamentum
facere non possunt.
† §. præterea & §. seq.
§. qui. non est permil-
liti.

¶ Qui hæres insti-
tuiti possunt uel non pos-
sunt.
† de hæred. instit. in
princi. & l. non minus.
§. codem.

ritur. Per liberos nostros, quos in potestate habemus, constat † nobis acquiri. si quid ex re nostra, uel ex operis nostris † acquirant. Milites tantum filii familias, & aduocati, & clerici, & qui publica administratione funguntur, & generaliter qui castrense, uel quasi castrense peculium^a meruerunt, quicquid ex suis professionibus quaerunt, sibi quaerunt. In his enim, donandi, testandi, aut quomodo uoluerint alienandi, libera facultate concessa. Si uero aliunde filii familias quaeritur, præter ea quæ sunt castrensium peculij, uel quasi castrensis peculij, si quidem ex re patris, uel ex operis suis, quaerunt patribus, quantum ad propria re & ad usufructum acquirunt. Si uero aliunde, usufructus solum quaeritur parentibus, nisi in ea conditione eis aliquid datum uel relictum fuerit, ut nihil iuris in eo pater habeat. Item quod seruus usufructuarij, † aut seruus alienus & liber homo bona fide possessus quaerunt ex re mea, uel ex operibus suis, mihi quaerunt. Item utilitatis causa, per procuratorem, possessionem quaeri posse receptum est.

¶ PER VNIVERSITATEM quoque, res nobis † acquiruntur quatuor modis, hæreditate, bonorum possessione, arrogatione, adiectione. Est autem † hæreditas, successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit. † Hæreditatem autem alia ex testamento alia ab intestato.

¶ TESTAMENTUM VERO est ultimum elogiū, quo directo A relinquitur hæreditas. Eius genera sunt duo, alia in scriptis, alia sine scriptis, quod & nuncupatio vocatur. In scriptis testamentum est, quod fit scriptura intercedente, qua non insecuta, non ualere. In hoc autem testamento cōdendo septem testes † adhiberi debent ciues Romani, masculi, puberes, & bonæ opinionis, nomenque etiam hæredis propria manu testatoris, uel publici tabularij, exprimi oportet: omnium testium signaculis uno uel diuersis anulis, signari necesse est. In testamento sine scriptis septem testibus adhibitis, sola voluntas testatoris tā de institutione hæredis, quā de aliis capitulis exigenda est. Hæc autem obseruantia, non solum militibus, sed & rusticis remissa est. Quocunque † enim modo uoluntas eorum pateat, legitimū fortietur effectum.

¶ TESTAMENTUM QUIDEM facere, nec impuberes † uel furiosus aut prodigus cui bonorum administratio interdicta est, possunt. Item mutus, & surdus, & cæcus, & qui morbo perpetuo laborat, non (nisi comprehenso constitutionis modo) testari possunt. Item episcopi, & cuiuslibet venerabilis domus administrator de rebus post consecrationis diem acquisitis, nisi iure cognationis, usque ad quartum gradū, testari non possunt.

¶ QUI AVTEM testatur, hæredem instituere oportet. Hæredes † uero instituere possimus, tam liberos homines, quā seruos, & tam proprios, quā alienos. Sed si prius hæres instituitur, uel etiam aliquid sibi legitur, etiam libertas tacite uidetur relicta, nisi

nominatim testator aliquid expresserit. In alieno uero seruo, hærede instituto, uel legato honorato, inquirendum est, utrum sciens an ignorans esse seruum testator ei reliquerit: ut si quidem sciens, ualeat relictum. si uero putans liberum, minimè ualeat. Qui uero ex iniustis^c nuptiis procreati sunt, uel ex ea concubina, quæ uxor esse non potuit, nullo modo hæredes, uel legatarij parentibus fieri possunt. Qui autem ex ea matre nati sunt, quæ legitime uxor^d esse potuit, si quidem legitimi liberi extent, in uincia solummodo cum matre pro uirili † portione diuidenda institui possunt. Sed si quidem mater eorum defuerit, nihilominus in uinciam admittuntur. Legitimis autem liberis non existentibus, † etiam totius assis capiendi ius habent, nisi & hoc casu parentes defuncto extent. Tunc enim parentibus legitima portione derelicta, reliqui ius capiendi habent. Non solum autem in testamento uisus institui hæres potest, † sed etiam plures.

¶ DIVIDITUR AVTEM HÆREDITAS plerumque in duodecim uincias, quæ assis appellatione continentur. habent autem hæ partes, † propria uocabula, ab uincia usque ad assen: ut puta fescunx, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as. Potest tamen quis & plures & pauciores partes hæreditatis facere: quæ tamen rediguntur ad assen. Nam & si quis xx. partes suæ hæreditatis fecerit xx. uincias, assis appellatione continebuntur. Item si quis † unum tantum hæredem ex semisse instituat, totus as in semisse erit. Neque enim quis in parte testatus, in parte intestatus decedere potest, nisi sit miles.

¶ CVRARE AVTEM DEBET IS, qui testatur, liberos suos legitimos, aut hæredes instituere, aut exhæredare: alioquin inutiliter testatur. In exhæredando uero causæ ingratitudinis sunt hæ. † Si parentibus audaces manus imposuerit, si graues & inhonestas contumelias eis faciât. Si in criminali causa, excepto crimine perduellionis^e eos accuset si cum maleficiis, quasi malefici conuersentur. Si parentum uitæ insidiati fuerint. Si se paternæ uxori, uel concubinæ ruperit miscuerint. Si per calumniam, uel delationem^f suam graui damno patres affecerint. Si pro inclusis in carcere (in quantum sunt idonei & liberi masculi) non fideiusserint. Si parentes testari prohibuerint. Si eos captiuos non redemerint. Item si fuerint parentibus curam non adhibuerint. Item si filij hæretici, parentes orthodoxi sint. Propter has autem causas, etiam liberi parentes suos exhæredare possunt. Hoc proprium in filia liberis obseruandum, si in contrahendis nuptiis, h patris uoluntati non consenserit & postea more meretricis stuprata fuerit. Quod si nulla istarum causarum probabitur, nec etiam Falcidia † relicta filiis uel parentibus prohibetur, inofficiosi querela rumpitur testamentum.

¶ EST AVTEM FALCICIA, si unum quis uel duos uel tres, aut quatuor filios

c § Iniustæ nuptiæ sunt, quæ contra præcepta nuptiarum superius attributa, contrahuntur.

d § Veluti nec cognata, nec alio modo indita.

† l. matre. C. de natu. lib. §. neq; illo. de triest. & semil.

† auth. licet. C. eo.

† §. & unum. Instit. de hæred. instit. §. De diuisione hæreditatis.

† l. seruum. §. si. D. eo.

† l. j. §. si ex fundo. D. eo.

¶ De liberis exhæredandis, uel hæredibus instituendis.
† §. causas. in auth. uel cum de appel. cogn.

e § Cum aliquis molitur aliquid contra propriam personam Imperatoris uel contra rem publicam.

f § Delatores sunt, qui facta in publicum deferunt.

g § Quia foemina permissa fideiubere non possunt, propter senatū consultum Velleianum, auctoritatem.

h § Nota, quod in contrahendis nuptiis, filia patris uoluntate contradicere potest, † quarta.

¶ De lege Falcidia.

lios habeat, tertia debita portionis ab intestato. Si quis verò quinque vel sex, seu plures filios habeat, dimidia portionis ab intestato debita. Hanc verò portionem sine omni onere, ad parentes ex testamento liberorum, seu liberis ex testamento parentum peruenire, iuris auctores voluerunt. In ratione autem Falcidia non solum relicta, & contra donationes, sed etiam dos, & propter nuptias donatio, computari debet: nisi specialiter aliud sensisse testatorem, probari potest. Non solum autem iam natos liberos hæredes instituere oportet, sed etiam posthumos. Alioquin agnoscendo rumpent testamentum.

¶ **H A E R E D I B V S** autem institutis, unusquisque, mortuo testatore, suæ portionis pro indiviso dominus est, nisi testator sui patrimonii inter eos distributionem fecerit. Tunc enim testatoris voluntas est servanda. Non solum autem testamento, sed etiam quacunque voluntate, huiusmodi distributionem inter liberos facere potest: dummodò huiusmodi voluntas subscriptione propria testatoris, vel liberorum confirmetur.

¶ **P O T E S T A V T E M** quis in suo testamento etiam plures gradus hæredum facere: ut puta, Titius hæres esto, quod si Titius hæres non erit, Seius hæres esto. Quæ etiam substitutio vocatur. Vel ita: Titius hæres esto, & postea rogo te Titi, ut quam primum poteris, hereditatem meam Seio restituas. Quæ restitutio vocatur. Potest etiam quot voluerit suo testamento quis substitutiones facere.

¶ **C V M A V T E M** quis aliquem hæredem substituerit, & ab eo totam hereditatem, vel eius partem, vel specialia fideicommissa, vel legata reliquerit, si quidem scriptus hæres parens est, vel patronus, vel aliquis ex liberis, si quidem intra annale spatium, à morte testatoris numerandum, voluntatem testatoris impleverit, habeat firmiter hereditatem. Sin verò post annale spatium in tantum moras faciat, ut hi, quibus relicta sunt, iudicæ adeant, & victricem sententiam capiant, & post iudiciale calculum, annale prætereat spatium, tunc legitima portio retenta, reliquum amittat, quod quidem primo loco ad substitutos, secundo ad cohæredes, tertio ad generales fideicommissarios, quarto ad eos qui libertate donati sunt, deferatur. Qui verò hæc habuerit, voluntatem defuncti omnino adimpleat. Quod si extraneus institutus hæres, & prædictam moram faciat, nullum emolumentum prædictæ hereditatis capiat, sed tota hereditas, ad personas, secundum supra comprehensum ordinem perueniat. His autem personis deficientibus, cognatis, & agnatis pateat aditus, quibus deficientibus, extraneis, demum fiscus admittatur: & ipse voluntatem domini impleturus. Minoribus autem institutis hæredibus præfata mora non obest. Postquã diximus de Testamentis, videamus de Legatis & fideicommissis.

¶ **E S T A V T E M L E G A T V M**, donatio quædam à defuncto directò relicta. In

ter legatum verò, & fideicommissum hoc interest, quod legatum directò, fideicommissum verò semper per interpositam personam relinquitur. Item in legato, semper specialis res una vel plures continentur. In fideicommissum verò etiam hæreditas relinqui potest. Legari autem potest, non solum propria res testatoris, sed & aliena. Sed cum aliena legatur, inquiri debet, utrum testator sciens, an ignorans alienam, legaverit. Si sciuit alienam, valet legatum. Quod si ignoraverit, inquirendum est, utrum si scisset, legasset necne. Nam priori quidem casu valet legatum, posteriore verò soluitur. Re aliena legata, hæres necesse habet (cum legatum valet) eam acquirere, & legatario solvere: aut si non potest, eius æstimationem præstare. Potest autem quis non solum purè, sed etiam sub conditione legare. Impossibilis verò conditio in relictis pro non scripta habetur.

¶ **P O T E S T A V T E M** quis non solum vnam rem legare, vel per fideicommissum relinquare, sed etiam totum patrimonium suum legatis, & fideicommissis exaurire. Sed hoc casu, scriptus hæres contra immodicam legatam, & fideicommissam, auxilio Trebelliani, & Pegasiani senatusconsulti, se tuebitur per interventionem Falcidie. Est autem Falcidia hodie, si quidem hæres scriptus sit de ascendentibus, & descendentibus, debita portionis ab intestato, tertia vel dimidium, secundum iam dictum modum. Sin verò extraneus hæres scriptus sit, quarta suæ institutionis. Falcidia vero non in vna re, nec ex vno legato, aut fideicommissum, sed ex vno quoque relicto, pro rata portione detrahi debet. Nec enim permittitur hæredi vni solida relicta præstare, & alij minui. Alioquin si vni solida relicta præstiterit, & cæteris in solidum præstabit.

¶ **H O C A V T E M** auxilio ita demum scriptus hæres utetur, si ante, quam hereditatem adeat, inventarium fecerit omnium rerum hereditariarum, præsentibus his, quibus relicta debentur, vel procuratoribus eorum, aut absentibus, aut præsentibus quidem. Venire verò vel procuratores mittere nolentibus, adhibitis ex eadem civitate testibus idoneis. Qui autem hanc observationem omiserit ex suo proprio, relicta solvere compellatur. Hæc autem toties locum habent, quoties sui patrimonij modum testator non expresserit, & scriptum hæredem Falcidia uti prohibuerit. Si quidem scriptus hæres extraneus fuerit, Falcidia non utetur. Quod si item hæres scriptus hereditatem adire noluerit, supradictis personis, prædicto modo ad eundem potestas fiat.

¶ **M I N V I T V R**, vel excluditur etiam Falcidia, si piis locis legata, vel fideicommissa fuerint derelicta.

¶ **N O N S O L V M** Testamentis, sed etiam Codicillis relinqui potest. & in Testamento v. j. testes adhibentur, in Codicillo v. sufficiunt. Intestatus decedit qui aut nullum testamentum fecit, aut non iure fecit, vel cuius testamentum ruptum irritumve factum est.

d ¶ Nam per mediam personam excluditur fideicommissum. Legari & fideicommissum, si disforentia.

¶ §. non solum, institui, delega.

e ¶ Legatarius est, cui legatum relictum est: fideicommissarius, cui fideicommissum relictum est.

¶ De retentione Falcidie, ex senatusconsulto Trebelliani.

f ¶ In retentione Falcidie omnes dicuntur extranei, exceptis ascendentibus & descendentibus.

g ¶ Pro rata, pro id est, si ex vno detrabitur, verbi gratia tertia pars, ex omnibus eadem detrahi debet pars.

¶ De consecutione inventarij. h ¶ Quicquid inventum est in hereditate, si hinc nobis, in auxilio hæredis & Falcidie.

A ¶ Ut faciat inventarium, & Falcidiam retineat.

B ¶ Rei scripti hæres sint de ascendentibus, & descendentibus.

¶ De imminutione, vel exclusione Falcidie.

¶ De Codicillis.

¶ l. j. D. de suis & legis.

R V M.

¶ De iniusto, irrito, & inofficio testam.
l. iij. D. de inoff. test.

¶ L. fratres. C. de.

¶ De hæredibus, quæ ab intest. defer.

A ¶ Accipiet unus, quantum nepotes omnes ex filio.

a ¶ Vt qui proximior sit gradu, potior sit & successione.

† §. igitur, & seq. in auct. de hæred. ab intest. veni.

¶ De bonorum possessionibus.
l. iij. D. de eo.

¶ **RUMPI TVR AVTEM TESTAMENTUM** inofficiosi querela, vel agnatione posthumi. Inofficiosi querela ¶ est allegatio, quæ liberi, seu parentes ostendunt se iniuste præteritos, vel ex hæredatos. Datur autem hæc inofficiosi querela, liberis, aduersus testamentum parentum, vel immodicas donationes. Aliis autem personis non datur, nisi fratri & sorori aduersus turpes personas scriptas hæredes. Ita demum quis inofficiosi agit, si nihil ex facultatibus defuncti consecutus sit. Alioquin autem de repletione falcidie agit. Item posteriori testamento prius rumpitur. Irritum autem sit, cum scriptus hæres hæreditatem non adiit.

¶ **INTESTATORVM AVTEM** hæreditates, hodie primo loco liberis legitimis deferuntur, non habita differentia cuiuscunque sexus sint vel gradus, hæreditate inter eos, non in capita, sed in stirpes A diuidenda. His autem deficientibus, ascendentibus capiendæ hæreditatis locus patet non passim, sed secundum graduū ¶ prærogatiuam. Præferantur etiam omnibus ex latere venientibus, exceptis fratre, & sorore ex utroque parente defuncto copulatis, & exceptis filiis defunctorum fratrum, His enim ¶ personis extantibus pariter cum patre vel matre defuncti, admittentur ad hæreditatem non in stirpes, sed in capita diuidenda: ita tamen, ut filij defuncti fratris, huiusmodi portionem, quæ pater eorū accepturus fuisset, si eo tempore viueret, capiat. Quod si defuncta persona, neque patrem, aut matrem, aut fratrem, seu sororem ex utroque parente copulatos, vel etiā filios fratris habeat, tunc alij parentes ad hæreditatem vocentur secundum sui ordinis gradum hæreditate sic inter eos diuidenda, ut dimidiam partem habeant hi, qui per patrē ascendunt, capiant. Inter ipsos verò ascendentes, ex parte patris sequuntur eos, qui sunt ex parte matris pro virili portione diuidenda. Quod si nec descendentes, aut ascendentes, quive inter ascendentes vocantur, defuncto sint, primò vocentur ad hæreditatem fratres vel sorores, germani vel germanæ, vel defuncti fratris germani filius, vel filia, cum his etiam naturales liberi cum matre eorum, in duas vncias admittantur, ut tantum mater accipiat, quantum ad vnum filium, filiāque peruenierit. Quod si prædictæ personæ defuerint, veniant fratres vel sorores uterini. His verò deficientibus, ceteri cognati veniant secundum sui ordinis prærogatiuam: ut qui proximior sit gradu, potior sit in successione, aliam personā ex transuerso in locum patris sui succedere, præter fratris filium, non concedimus. Nulla autem differentia habita in omnibus prædictis successione, vel agnationis, vel cognationis, sed solum gradus sanguinis naturalis spectetur.

¶ **BONORVM AVTEM POSSESSIO**, idem est, quod hæreditas: differt tamen quod hæreditas iure ciuili defertur: Bonorum verò possessio, ex iure prætorio descendit. &

bonorum possessio intra annum à morte testatoris, vel intra centum dies petenda est, hæc reditas verò à nullo petitur. Bonorum autem possessio, alia ex testamento, alia ab intestato est. Ex testamento verò, est alia secundum tabulas, alia contra tabulas. B Secundum tabulas est, ¶ quam prætor scriptis hæredibus pollicetur. Contra tabulas, cum contra tabulas testamenti promittit. Ab intestato ¶ verò bonorum possessiones, vnde liberi, vnde legitimi, vnde decem personæ, vnde cognati, vnde vir & vxor. De bonorum autem possessione, plura dicere necessariū non duximus eo quod iure ciuili, ex cōstitutionibus principū, omnes cognati succedere possunt.

¶ **ARROGATIONE AVTEM** vniuersitatē quærimus, cum aliquem sui iuris nobis adoptamus. Tunc enim non solum arrogatus, sed etiam omnia eius bona nostræ potestati subiiciuntur. quod quo modo possit fieri, in tractatu adoptionum dictum est.

¶ **BONORVM ADDICTIONE** nobis quæritur hæreditas, cum plures in testamento libertate donati sumus, & à scripto hærede hæreditas non aditur. Tunc enim sententia iudicis vni nostrum desideranti conseruare libertates, bona addicuntur causa conseruandarum libertatum.

Pars tertia, siue Liber

TERTIVS.

DE OBLIGATIONIBVS.



¶ **Superest**, ut de obligationibus dispiciamus. Obligatio est iuris vinculum ¶ , quo necessitate alicuius rei soluendæ adstringimur. Obligationum autem genera ¶ quatuor sunt. Aut enim ex cōtractu nascuntur, aut quasi ex cōtractu, aut ex maleficio, aut ex quasi maleficio. Cōtractus autem, est pactum, quod parit actionem.

¶ **PACTVM T VERO EST** duorum pluriūve, in idem placitum, cōsensus. Pactorū verò alia sunt vtilia, alia inuitilia. Inutile ¶ pactum est, vnde nec actio, nec exceptio nascitur. Inutile pactum est, aliud propter rem, aliud propter personam, aliud propter legem indictā pacto. Propter rem est inutile cum id quod deuenit in cōuentionē, est turpe: ut stuprum, vel contra bonos mores, vel contra legem: ut pactum de futura hæreditate: vel impossibile ut hominē volare: vel cum de ea re paciscimur, de qua pacisci non licet ut de rebus iuris diuini, præter cōcessum, vel de rebus ad perpetuū vsum populi destinatis. Sed cum res, quæ deuenit in cōuentionem est turpis, videndum est, ¶ trum turpitudine sit ex parte promittentis, an ex parte eius cui promittitur, an ex utraque. Si enim ex parte promittentis tantum turpitudine est, licet id, quod deuenit in cōuentionē, non

B ¶ Quæ testamenti dissoluebant.
l. iij. D. de bo. poss. secundum tab.
l. i. in prin. D. si tab. test. nullæ extab.

¶ De acquisitione per arrogationem.

¶ De eo qui lib. caus. bon. addicuntur.

b ¶ Quia de rebus actum est, restat ut de actionibus dicat, quarum mater est obligatio.
l. §. i. in fin. de oblig. iur. gene.

l. i. D. de act. & obli.

c ¶ De pactis.
l. i. §. co.

c ¶ Remouentur inutilia pacta, remouentur nuda, quib. ex caus. pacta non valent.

d ¶ Pactum de futura hæreditate est velut si paciscor cum Titio, ut me hæredem instituat, huiusmodi autem pactum idcirco non valet, quia libertatem testandi quæ vniuersi in suprema voluntate debet habere, quod in ipso est, videtur auferre.
l. i. & l. iij. & tot. tit. de cond. ob. iur. caus.

non possit peti: attamen solum non potest
repeti. Sin verò ex parte eius, cui promittit
tantum, turpitudine est, etiam solum poterit
repeti. Quod enim ex turpi causa datum est,
repeti potest. Sin verò ex utraque parte tur-
pitudine versatur, possidentis melior erit con-
ditio. In pari enim causa turpitudinis, melior
est semper conditio possidentis. Propter per-
sonam est inutile pactum, cum ea persona pa-
ciscitur, cui pacisci non licet, ut pupillus si pro-
mittat sine tutorum auctoritate: aut prodigus,
cui interdictum est bonis, sine curatoris aucto-
ritate: aut furiosus, qui consentire non potest.
qui enim non habet sensum, non habet etiam
consensum. Propter legem indictam pacto,
pacta sunt inutilia, ex his causis, ex quibus &
propter rem esse inutilia superius dictum est.

Vtile pactum est, quod valet ad agendum, vel
ad excipiendum. quod autem valet ad agendum
aut parit actionem, aut informat, aut renouat. Sin-
informatur actionem, cum legem dat contractui,
& sit incontinenti. Renouat, cum ex interval-
lo interponitur consensu, parit verò pactum actio-
nem, quot efficitur contractus.

¶ EST ENIM CONTRACTVS pa-
ctum quod parit actionem. Contractuum
verò alij re, alij verbis, alij literis, alij consen-
su contrahuntur. Re contractus est, cum res
intercedit ad contrahendam obligationem.
Huius species sunt duæ, alius enim nomina-
tus est, alius innominatus. Re contractus no-
minatus, species sunt quatuor, Mutuum, Co-
modatum, Depositum, Pignus.

¶ MUTVVM EST, quod ita datur, ut
ex meo tuum fiat: & quandoque mihi red-
datur tantundem eiusdem speciei, & qualita-
tis. Mutuum autem locum habet in his rebus,
quæ pondere, ut aurum, argentum: numero,
ut pecunia numerata: mensuræ, ut triticum,
vinum, oleum, consistunt. Mutuo autem acce-
pto, quocunque modo amittatur, ad tantum
eiusdem speciei & qualitatis reddendum, sem-
per tenebitur condictione certi, qui accipit
vel hæres eius, creditori vel eius hæredibus.

¶ COMMODATVM EST, quod dat-
ur vtendum gratuitum: alioquin si merces in-
terueniat, non est commodatum sed locatio,
vel alius contractus innominatus. In re autem
commodata, talis diligentia adhibenda est
custodiendo, qualem quisque diligentissimus
paterfamilias suis rebus adhibere solet. quæ
si præstiterit, & aliquo fortuito casu, rem a-
miserit securus est. Fortuiti casus sunt, ut in-
cædium, naufragium, rapina, mors naturalis,
& alia huiusmodi. Ita demum autem, quis for-
tuito casu liberatur, tam in comodato, quam
in ceteris contractibus, si in fortuito casu nul-
la erus culpa deprehendatur. Si autem in for-
tuito casu culpa eius deprehendatur, veluti
si in ventoso tempore nauigauit, cum in securo
portu esset, & ita rem commodatam naufra-
gio amiserit, non euadet commodati iudiciū.
Item si moram in comodato reddendo fece-
rit, aut si ad alium usum, quam cuius gratia si

bi datum est, commodato vtatur, veluti argē-
tum sibi commodatum ad cenam peregrè tu-
lerit, quocunque modo id amiserit, restituere
cogitur.

¶ DEPOSITVM VERO EST, quod
datur custodiendum gratuitum. In hoc autem
contractu, quia nulla utilitas depositarii, sed
solummodo onus veratur, non nisi doli,
& latam culpam præstare depositori, vel eius
hæredi compellitur: lata culpa etiam & vide-
tur, si minus rem depositam sua propria cu-
stodierit. Qui verò huiusmodi custodiam in
deposito adhibuit, quocunque modo res a-
missa, vel deteriorata fuerit, securus erit. Do-
lum autem auctoris, nec in hoc contractu,
nec in cæteris bonæ fidei iudicijs hæres præ-
stabit: nisi vel ex dolo defuncti, locupletior
factus sit, vel cum principali reo res fuerit in-
choata: Est enim certissima iuris regula, ex do-
lo defuncti, hæres desit non teneri, nisi in quan-
tum ad eos peruenit. Hæres tamen agere po-
terit. Hoc autem iudicio ex proprio dolo da-
mnatus, infamia notatur.

¶ PIGNVS EST, quod creditori causa
securitatis datur. In pignore verò, & credito-
ris, quia in tuto est sibi pecunia: & debitoris,
quia facilius sibi creditur, utilitas contine-
tur: & ideo non exactissimam diligentiam ut
commodatarius, nec solummodo dolum &
latam culpam, ut depositarius, sed quasi me-
diam, id est, exactam diligentiam creditor vel
eius hæres, debitori vel hæredi eius, præsta-
re cogitur. Hanc autem custodiam si præstite-
rit creditor, quocunque fortuito casu res ami-
tatur, non tenebitur: nec ob id debitum re-
tinere poterit debitor.

¶ CONTRACTVS Innominatus est,
cum pactum quidem obligatorium est, sed ta-
men nomine speciali caret. Huius species
sunt quatuor. Aut enim do, ut des: aut do, ut
facias: ut facio, ut des: aut facio, ut facias. In
his autem quatuor innominatis contractibus
& in supra dictis omnibus, ex solo pacto quis-
que non obligatur civiliter, nisi res (id est, da-
re & facere) sequatur. Et hæc sunt pacta, quæ
tamen valent ad accipiendum, non pariunt ac-
tionem, quæ & nuda vocantur & multa alia.
Re autem secuta, id est, dare vel facere is, qui
accipit, obligatur ad dandum vel faciendum,
vel ad id quod interest dantis, vel facientis
præstandum, vel postmodum, si maluerit is,
qui dedit, ad id, quod datum est, restituendum.
Et si quidem do ut des, vel do ut facias, vel fa-
cio ut facias, præscriptis verbis nascitur ac-
tio. Sin autem est facio ut des, in subsidium
de dolo datur. Idcirco autem in subsidium, id
est, cum nullum aliud auxilium superest, de
dolo datur: quia qui eo iudicio damnatur, in-
famia notatur. Dare autem tam in his contra-
ctibus, quam in cæteris per quos dominia tra-
sferuntur, ita intelligitur, ut id quod datur,
accipientis sit.

¶ VERBIS CONTRAHITVR
obligatio, cum solennitas verborum inter-
cedit, ad contrahendam obligationem: hic

¶ De Deposito:

† I. si ut §. nunc viden-
dum. D. de positi. l. quod
Nerua. D. eod.
d. Dolus est, cum a-
liud agitur, aliud sum-
latur.

e. ¶ Quia si hæres dam-
natur, ex dolo defuncti
non sit infamis.

† I. vnica. C. ex delicto de
fun. in quant. hæred.

¶ De Pignoribus.

† §. si. insti. quib. mo. re
contrah. oblig.

f. ¶ Naturalis æquitas
est, ut si res depercat si-
ne culpa alicuius, do-
mino suo depercat.

¶ De contractu innominato.

† I. naturalis. D. de præ-
scrip. verb.

g. ¶ Idcirco huiusmo-
di actiones vocantur præ-
scriptis verbis, quia o-
lim vnaquæque actio,
præscripta verba & cer-
ta habebat à prætore.
Ius soluta verò postea so-
lennitate verborum sub-
lata, quæ speciale no-
men fortitè non sunt,
in generali nomine de-
scendent ex prædicta
formula remanserunt.
¶ De stipulationibus.

† Hac distinctione ac-
cipias tot. titu. de codi-
ob turp. cau.

† Insti. & C. de inuti-
lib. stipul.

† I. vij. D. de pact.

¶ De contractibus.

† I. j. D. de obligati. &
actionib.

a. ¶ In Mutuo id agi-
tur, ut rei dominum
transferatur. Commo-
datum ad vtendum da-
tur. Depositum ad cu-
stodiendum. Pignus cau-
sa utilitatis.

¶ De Mutuo.

b. ¶ Si enim aliquis
det equum, & equus si-
bi reddatur.

c. ¶ Generaliter condi-
tiones dicuntur om-
nes in personam actio-
nes, §. appellamus. in-
sti. de actio. est enim con-
dicere, in personam age-
re. Specialiter verò di-
cuntur condictiones,
ut conditio indebiti,
conditio sine causa,
vel ex iniusta causa, co-
ditio furtiva, coditio
ex lege.

¶ De Commodato.

† §. item is. Insti. qui.
mod. re contrah. obli.

† I. in rebus. D. com-
moda.

† l. v. §. j. D. de uerb. oblig.

contractus vocatur stipulatio, Est autē stipulatio, verborū tēceptio, quā is, qui interrogatur, spondet se daturū facturūve id, quod interrogatur. Dicta est stipulatio, quā si stipite, cō quōd antiqui firmum & ratum tenebant id, quod stipulabatur. In hoc contractu talia verba olim fuerunt reperia, dabis? dabo. facies? faciā. promittis? promitto. fideiubes? fideiubeo. Quā si non dicerentur, nō cōmittebatur stipulatio. Hodie verō solennitate verborum, tam in hoc contractu quā etiam in omnibus iudiciis sublata, quibuscunq; verbis conuenienter ad interrogationē respondeatur, connectitur stipulatio, Verba t̄ autem ex vtraque parte intercedere oportet: alioquin non erit stipulatio. Vnde constat mutū, surdum, absentem, stipulari non posse: quoniam eum qui stipulatur, verba promittentis exaudire oportet. Pupillus ^a verō si stipulatur, vel aliquo modo paciscitur, qui secum contrahit, obligatur, ipse verō ei non tenebitur. Loquimur autem de eo pupillo, qui eius ætatis est, vt intelligat id quod agit, alioquin non paciscitur. hoc autem iudicio, is qui promittit, si quidem certum est, quod promittit, ad id præstandum certi conditione tenetur. Sin verō incertum est, ex stipulatu agitur. Certum autem dicimus quod constat pondere, numero vel mensura.

¶ De fideiussoribus & mandatoribus.

¶ PRO HIS AVTEM à quibus stipulamur, solent alii intercedere, qui fideiussores, vel mandatores dicuntur. Cū verō vnus rei plures fideiussores vel mandatores sunt, vnusquisque t̄ pro sua tantum parte tenetur, nisi nominatim sit expressum, vt vnusquisque in solidum teneatur, quod si hoc expressum est, in præsentem qui soluendo sunt, in solidum competit actio. Onera enim præsentia vel absentia, præsentis & locupletes insimul sustinere debent. Ad inquirendū verō qui sunt locupletes, necne, agenti stipulatori ante iudices omnes præsentis se exhibere debent. Nulli tamen creditori licetia permittatur intercessores conuenire, nisi cū principali reo debitum minimē possit consequi. Quod si reus t̄ absens sit, tunc creditorem præferre intercessoribus competens tempus oportet, intra quod debitorem principalem exhibeant: quod si tempus elapsum fuerit, & debitor sit minimē exhibitus, intercessores creditori satisfaciant: & creditor eis suas actiones, quas aduersus debitore habebat, edat. Quod si tam reus, quā intercessores absint, prius in rem principalem debitoris his deficientibus, in res intercessorum creditor mittatur, hoc obseruando, vt nec etiam hypothecariz actioni locus fiat, quousque personales actiones effectum habere possint. Hæc quoq; locum habeant, non solum si intercessores sunt fideiussores vel mandatores, sed sint pecuniæ ^b constitutores. Mulier autem pro alio intercedere non potest, quia succurritur ei senatusconsulto velleiano, nisi primam intercessionem post biennium sequenti intercessione firmet.

† ex epistola diui Hadriani. §. fideiussores. insti. de fideiuss.

† §. si quis igitur in athen. de fideiuss. auth. præsentis. C. co.

b ¶ I. debitores ex alia causa, & postea alius volente creditore debitorum se transfert, & se facit debitorem.

¶ SCRIPTURA CONTRAHITVR obligatio cum scriptura intercedit, ad contrahendam obligationem, veluti chirographo emisso. Qui autem se alicui per scripturam obligat, quasi aliquid acceperit, si quidem ei postea non numeretur, t̄ intra biennium contra agentem ex scriptura, exceptione non numeratæ pecuniæ vti potest. Biennium autem elapsū, nisi intra prædictum tempus contestatus fuerit eam, ac si accepisset, conuenietur.

¶ CONSENSU A CONTRACTVS fit, cū solus consensus ad contrahendam obligationem sufficit. huius species sunt hæc, emptio, venditio, locatio, conductio, societas, mandatum. Est & præter hæc mandatum donatio, de qua superius dictum est.

¶ IN EMPTIONE, ET VENDITIONE contrahenda, pretium oportet constitui. Pretium autem constat in pecunia numerata. Alioquin si res pro re datur, non est pretium, t̄ sed alius generis contractus. Sed si pretium constitutum sit, & postea res alia in solutum detur, constat ritē contrahi emptionem & venditionem. Emptio tantū purē quā etiam sub conditione potest contrahi. Sed & ita venditionem t̄ posse contrahi admissum est. vt tanti res sit emptā, quanti Titius aestimauerit. Quod si Titius aestimauerit pretium, tanti erit emptio. Sin verō Titius minimē arbitratus fuerit, arbitrio boni viri contracta emptio intelligitur. Liberi autē hominis, licet nulli alii contractus esse non possint, tamen emptio & venditio contrahi potest, non solum inter ignorantes, sed etiam inter scientes, scilicet cū pater propter inuitabilem necessitatem famis filium vendit, quod tamen filius si emptori aut id quod pro se datum est, exoluerit, aut mancipium tantū operis vel etiam ei ex operis suis satis fecerit in propria se libertate t̄ tenebitur. Res autem diuini iuris & quæ ad publicum vsum populi destinatae sunt, licet, nisi ex certis causis, nullius fieri possint, at tamen si sciens venditor ignoranti emptori vendiderit, ex empto nihilominus, si constitisset emptio, tenebitur, quod si sciens emit, si quidem pretium solutum est, non poterit repetere, nec ex empto agere. Donare enim voluisse intelligitur. Quod si non est solutum, non potest à venditore peti. Sin vero vterque ignorauerit, non consistit venditio. Contracta autem emptione, & venditione, venditor quidem ad rem tradendam, vel ad id, quod interest emptori præstandum empti actione cōstringitur. emptor venditi iudicio ad pretiū venditori cogetur. & ad vsuras ex mora præstandas. Non solum autem rem tradere venditorem oportet, verum etiam de euictione cauere. Quod si rem alienam vel alteri obligatam tradiderit venditor, & postea euicta fuerit, vel vitiosa, aut morbosa appareat. E & si non cauit venditor de euictione, ex empto tamen ad id, quod interest, aut redhibitoria, vel quanto minoris ignoranti empti

¶ De obligatio scriptura.

† l. in contrahibus C. de non nu. pecu.

¶ De contractu ex consensu. A ¶ Id est, cum nec res, nec verba, nec scriptura exiguntur.

¶ De emptione & venditione.

† emptio.

† §. pen. insti. de empt.

† l. si. C. co.

B ¶ Quia ex huius facti, seruis effectus nō est.

C ¶ Veluti redemptio nis causa captiuorū.

c ¶ Quamuis emptio propter rem quæ deuenit in cōuersione ipso iure nō valeat, at tamen lex pro favore iustitiae ignoratiz emptoris at que odio scientiz venditoris, actione ex empto venditorem facit.

d ¶ Id est, quæ fideliter contracta esset de quibus pacisci licet.

e ¶ Id est, ad eam venditorem possidendam, quæ secutus esset emptor si ei tradita secundum pactum fuisset.

f ¶ Vt si euincatur ab aliquo, qui ostendat suā esse, vel sibi pignoratam hic venditor emendat, quanto minoris, semisset, si ita morbosam vel vitiosam eam scilicet hic intra annum.

D ¶ Vel aliena vel alteri obligata, esse ostendatur.

E ¶ Aut fur vel fugax ostendatur.

a ¶ Id est, si res perit ex toto vel deterioratur ex parte.
 b ¶ necessario, D. de peric. & commo. rei ven.

emptori tenebitur. Periculum ^a verò rei emptor ante traditionem, si sine culpa venditoris aut ante moram interueniat, ad emptorē pertinet; si res vendita sit certa descriptione monstrata, veluti hominem Stichum. Aut si quis incerta descriptione usus, veluti hominem, aut decem modios tritici, vel vini vendiderit, nec quem hominem, vel quod vinum aut triticum adiecerit, & antequam tradatur homo mortuus sit, vel vinum acidum, vel mucidum, uel triticum quoquomodo corruptum sit, de quo ipse sentiebat, ad eum periculum pertinebit. Illud etiam considerandum, quod si quis rem minus dimidio [†] iusti pretij venderit emptorem vel ad rem reddendam, vel ad iustum pretium exolucendum, conuenire poterit.

† l. ij. C. de rescin. venditio.

¶ De locatione & conductione.

† l. ij. D. eo.

¶ LOCATIO, ET CONDUCTIO proxima est emptioni & venditioni eisdemque etiam regulis iuris [†] consistit. Nam sicut emptio & venditio sine pretio constitui non potest, ita locatio & conductio, nisi merces interueniat, non contrahitur, & sicut pretium in pecunia numerata constat, ita & merces sine pecunia consistere non potest. Item sicut natura emptionis & venditionis continua est, ita locationis & conductionis. Differunt tamen quia in venditione de dominio tradendo agitur. In locatione verò non de dominio rei, sed de usu agitur. In hoc autem contractu, maxime bona fides exigitur, & ideo si quid conductor deliquit, siue plus debito percepit hoc totum locatori, locati actione, ad usum rei tradendum, vel ad hoc, quod interest eis præstandum, tenetur & conductor si quidem colonus sit, & per continuum biennium, debitam pensionem locatori non soluerit non solum locati, & Seruiana ^b tenetur, sed etiam ius locationis ^c amittit, nisi communis sterilitas ^d regionis, & impropria acciderit.

b ¶ Qua tenemur domino fundi pro mercede q. pignoris iure, ea q. colonus inuehit & dicit in fundo licet nulla conuentio super his præcessisset.
 c ¶ Ius locationis, id est, ius quod habebat in re sibi locata.
 d ¶ Pro hac enim causa, censum ei retinere permittitur.

¶ De societate.
 e ¶ Si quid percepit, ad restituendum tenetur, si quid impendit, potest recuperare.
 f ¶ Quicquid bona fides exigit, id est, quicquid ex natura pacti alterum alteri præstari æquum est, hoc totum, licet nominatim non sit expressum præstari conuenit.
 g ¶ Rerum furtiuarum & generaliter omnium inhonestarum societates contrahi non possunt.
 h ¶ Ut unus totum damnum, alter totum lucrum habeat, non dicitur damnum non valet pactum. Damnum pro parte dicitur, ubi se non aliquid dimittimus, non ubi non lucratur.
 i ¶ Licet contrario consensu utriusque vel alterius tantum societas solvatur, etiam actio pro socio, etiam finita societate, durat.

¶ SOCIETAS EST PACTVM DE alicuius rei communicatione. Ex hoc autem pacto mutua nascuntur actiones, quæ uno nomine pro socio vocantur, quibus socius socio, si quid deliquit, si quid percepit, ^c si quid in societate impenderit, & generaliter quicquid bona fides ^f exigit, præstare cogitur. Custodiam verò talem pro ea exhibebit, qualem suis rebus adhibet. De se enim queri debet, qui sibi parum idoneum socium elegit, hoc ita est, nisi se diligentem esse promissit: tunc enim diligentiam præstabit. Societas autem & vnus rei, & totorum bonorum & contrahi potest. Item si vnus rem, alius operam suam confert constat societatem contrahi posse. Partes autem in societate si quidem expressæ sint, hæseruentur. Sin verò minime expressæ sunt, æquales erunt. Sed ita pacisci admissum est, ut vnus ^h ex sociis maiorem partem lucri, damni minorem sentiat. Finiunt autem societas, morte socij, capitis diminutione maxima & media, interitu etiam rei contraria voluntate ⁱ. Inuitus enim in societate, vel in communione nemo stare cogitur.

¶ MANDATVM EST PACTVM, de negotio gerendo gratuito. Contrahitur verò mandatum quinque modis, vel gratia mandantis tantum, vel gratia mandantis & eius cui mandatur, id est mandatarij ^k, vel gratia utriusque & aliena, vel mandantis tantum, & aliena: vel mandatarij tantum & aliena. Quod si gratia mandatarij tantum interueniat mandatum non est, sed consilium: & ideo non est obligatorium. Mandatum non suscipere [†] cuiuslibet liberum est. Susceptum autem consummari debet, vel quam primum renuntiari, ut salua sit utilitas mandati. Postquam enim susceptum est, is, qui suscepit, id est, procurator non solum de gestis, sed etiam de gerendis, tenetur. & si quid dolo, vel culpa eius commissum est, siue quid ex mandato percepit, iudicio mandati directo, [†] præstare debet. Si quid vero ex suo, in negotio gerendo iuste expendit contrario iudicio mandati consequetur. Legem ^a in mandato dictam transgredi non debet. Mandatum tam morte, quam duabus capitis deminutionibus item prohibitione domini (nisi vel in rem ^m suam factus sit procurator, vel se administrationi miscuerit) finiri constat.

¶ QVASI EX CONTRACTV obligatur quis, cum pactum quidem non intercessit, attamen inter aliquos negotiorum gestum est, ex quo alterum alteri obligari æquum est, veluti cum quis alicuius curam vel tutelam gesserit. Licet enim inter pupillum & tutorem nullum pactum intercesserit, attamen pro reddenda administrationis ratione, tutelæ iudicio directo, tutor conuenietur. In qua ratione, non solum gesta sed etiam gerenda veniunt. Si quid verò ex suo, pupilli iure expendit, vel si cui propter pupillum obligatus est, contrario iudicio tutelæ ^b consequetur. Idem inter curatorem, & aduocatum est. Item is, qui absentis negotia gessit, ad reddendam rationem directo negotiorum gestorum iudicio, ei, cuius negotia gesta sunt, quasi ex contractu tenebitur. Sed is de gerendis non astringitur, nisi cum alius vellet ea gerere, ipse se obtulit. Si quid vero de suo in gerendo expendit contrario iudicio negotiorum gestorum, is cuius negotia gesta sunt, restituere compellitur. Item is, cui indebitum iure ciuili & naturali, ⁿ vel naturali tantum, per errorem solutum est, nisi ex ea causa solutum sit ei, ex qua lis inficiando, vel ex causa transactionis, ^o vel iudicati ad restituendum id quod accepit, indebiti conditione, quasi ex contractu obligatur. Quod enim ex meo apud aliquem est sine causa, vel iniusta causa uel turpi, si mea turpitudine non intercedat, condice re possum.

¶ ITEM SI IN COMMVNIONEM aliquam incidimus sine nostro pacto, ad personales præstationes præstandas, quasi ex contractu obligamur.

¶ TOLLITVR AVTEM OMNIS obligatio, solutione eius, quod debetur non solum debitore solvente, sed etiam quolibet

¶ De mandato.

k ¶ Procurator est, qui rem alienam domini mandato administrat.

† l. ij. D. eo.

† S. mandatum, in ff. eo.

l ¶ Directum iudicium quod competit mandanti contra mandatarium. Contrarium quod mandatario aduersus mandantem.

A ¶ Veluti si perceptum est ut emat equum xx. si potest minus, ultra dare non debet.

m ¶ Vell si Titius quid sciens debebat, vel donauit actiones ut vel aduersus S. ium agere mihi mandauit, tunc enim in rem meam procurator sum, quia id quod a Scio exigo non Titio, sed mihi exigo.

¶ De oblig. quasi ex contractu.

B ¶ Id quod expendit vel liberatione ad obligationem.

n ¶ Quod debitum est iure naturali, indebitum vero iure ciuili re pe. i non potest nisi fauore soluentis iure ciuili sit indebitum, veluti cum mulier pro alio intercedit, non solum contra creditorem perentem auxilio senatus consulto velletiani potest tueri. Sed etiam ex ea causa soluitur licet iure naturali sit debitum, quia eius fauore senatus consultum factum est, pote ita repeti. Si verò non fauore soluentis, sed alia causa sit indebitum iure ciuili tantum non potest repeti, veluti cum filiofamilias mutua pecunia contra decretum amplissimi ordinis data sit, licet enim creditor potest non possit attamen ei soluta repeti non potest. Quod ex causa transactionis iudicati, vel ex qua lis inficiando crescit, soluitur, & si indebitum sit repeti non potest.

o ¶ Transactio est pactum de re dubia ob aliquod datum, vel promissum.

¶ De communi diuindendo.

¶ Obligatio quot modis tollatur.

c. iij. pro

pro eo, ipso etiam debitore ignorante, & inuito. Item si quis aliud pro alio soluerit volenti creditori, constat obligationem perimi.

Quod si creditor id quod ei debetur, noluerit recipere, oblatione^a & depositione, cum consignatione habita in ædem publicam, vel sacram, inuito creditore, obligatio tollitur, nec amplius esse debitore vel eius hæredes, quocunque modo res deposita & consignata amissa sit, poterit mouere actionem, nisi in deponendo, dolo aut culpa debitor versatus sit.

¶ ITEM ACCEPTILATIONE tollitur obligatio, quæ verbis contracta fuit. Est autem acceptilatio, verborum cõceptio, qua is cui promissum est, per stipulationem, debitore interrogante, vtrum[†] quod ei per stipulationem promissum est, habeat acceptum, & se recepisse profiteatur. Omnes autem[†] obligationes acceptilatione possunt tolli, si in stipulationem ductæ, nouantur. Item hæ obligationes quæ solo cõsensu contractæ sunt, contrario consensu dissoluuntur. Consentaneum est rationi, eodem modo^b dissolui obligationem, quomodo connexa est. Cæteræ^c autem obligationes, licet pacto, ipso iure communi tollantur: attamē per exceptionem pacti conuenti eliduntur. Item si quis creditori vel debitori suo, hæres extiterit, pro ea parte qua hæres est, sublata est actio confusione.

¶ ITEM COMPENSATIONE tolli obligationem constat. Est autem compensatio, debiti & crediti inuicem contributio. Id verò debitum compensari potest, de quo nulla quæstio est, siue naturali iure & ciuili debeat, siue tantum naturali. Contrà in rem tantum actionem, nulla admittitur compensatio, ne inuitus quis rem suam cogatur vendere.

¶ EX MALEFICIO nascuntur obligationes, veluti ex furto, rapina, damno iniuria, ex iniuria contumelia.

¶ FURTVM AVTEM EST contrafactio fraudulosa, † quæ sit, inuito domino, alienæ rei vsus possessionis sue. Dictum est autem furtum, à furto, eo quod absconsè sit & plerunque nocte, vel ab auferendo: vel à Græco sermone, quo fures appellantur[†], *αἱρεῖν*. Furtorum genera duo sunt, manifestum, & nec manifestum. Manifestus fur est, qui cum ipsa re furtiua deprehēditur, vel eo in loco, in quo furtum fecit, vel antequā perferret, eò quò destinauit. Nec manifestus quis sit, ex hac ipsa definitione perpenditur. furtum autem non committitur, nisi animum fraudandi quis habeat. Itaque si equum mihi commodatum vsque ad certum locum, longius duxero, si quidem putauī me id facere, non inuito domino, etiam si dominus noluerit, furtum non committitur. Item si domino volente id feci, ego vero id domino nolente putauī me facere, furtum non committi constat. Furtū enim nisi inuito domino, non committitur. Planè si seruo alieno[†] persuasero, vt quasdam res domino furto surripiat, & ad

me perferat: seruus autem, domino sciente & concedente faciat, non solum furti, sed etiam serui corrupti placuit hoc casu actionem dari. Liberorum etiam hominum furtum fieri posse placuit, veluti si quis liberos nostros nobis fureretur. Item rei sacræ & religiosæ furtum committitur. Non solum autem alienæ rei furtum sit, sed & propriæ ipsius: † veluti si debitor pignus à creditore surriperit. Furti autem tenetur, non solum qui furtum fecit, sed etiam cuius ope & consilio furtum factū est, veluti qui scalas fenestris ad furtum faciendum apposuit. Poena manifesti furti, tam ex lege xij. tabularum quàm ex edicto prætoris, quadrupli[†] est. Nec manifesti, dupli & extra quadruplum vel duplum, rei persecutio non est, quam vindicando, vel condicendo, is cui furtum factum est, poterit petere. Hæc autem actio hæredi quidem datur. In hæredem uero non competit, nisi uel cum auctore lis contestata sit, uel locupletius ejus patrimonium factum est. Est enim regula iuris, poenales actiones ex maleficiis, in hæredes non transire. Hæc actione damnatus, † in famia notatur: hæres[†] vero non utique. Ei autem generaliter competit hæc actio, cuius interest rem saluam fore, siue sit dominus, siue non. Nec etiam aliter domino competit, quàm si ejus intersit.

¶ QVI RES ALIENAS RAPIT tenetur etiam furti. Quis enim magis, inuito domino, rem contrectat, quàm qui vi rapit? Nascitur autem ex hoc facto propria[†] actio, quæ appellatur vi bonorum raptorum, quæ locum habet etiam si vna res rapta fuerit. Est autem, hæc actio intra annū quadrupli, post annum verò simpli. In quadruplo autem vel simpli rei persecutio[†] continetur. Ita demū autem locum habet hæc actio, si rem mobilem putans alienā, vi quis rapuerit, hæc actio ne non tenebitur: sed ex sacris constitutionibus[†], is, cui res rapta sunt, agere poterit. Quibus cauetur, si quis aliquam rem, alicui possidenti, proprio nomine, sine iudice abstulerit, si quidem suam, restitutione ejus rei, dominio careat. Sin verò alienam, etiam æstimationem rei ei, cui abstulit cõpellatur præstare. Quod non solum in rebus mobilibus vel se mouentibus, sed etiam in inuasionibus quæ fiunt circa res soli, obseruari, sacræ constitutiones voluerunt. Liberum est[†] autem ei, qui rapinas passus est, & priuato iudicio vi bonorum raptorum, damnum persequi, & criminaliter iudicio vis publicæ aut priuatæ reum facere.

¶ DAMNI IN IVRIA ACTIO constituitur per legem Aquiliam, cuius primo capite cautum est[†]. Si quis seruum alienum, vel ancillā, vel eam quadrupedem, quæ pecorum numero sit, iniuria occiderit tantum domino dare damnetur, quanti ea res, eo anno plurimi fuerit. Secundum[†] capitu. in usu non est. Terrio capite, de cætero damno cauetur, ut quanti ea res xxx. proximis diebus fuerit, & intelligendum est, plurimi

^a ¶ Oblatum, id est, prius offerret creditore debitor, quod si nec tunc accipiet, deponit id quod debet in æde publicam uel ecclesiam, & si quidem pecunia est, consignabit & liberabitur.

¶ De acceptilationibus.

† §. j. insti. quib. modis sol. obli.

† l. ij. D. de acceptila.

^b ¶ Veluti si re connexa est, re soluitur. si verbis, verbis. si cõsensu, consensu. si literis, lite. is.

^c ¶ Quæ solo consensu contractæ nō sunt.

¶ De compensatiōe.

† l. j. D. de co.

¶ De actionibus quæ ex maleficio nascuntur.

¶ De furtis.

† l. ij. D. de furtis.

† l. si quis seruo. C. de urr.

† §. aliquando insti. de obli. q. ex deli. naf.

† §. ex maleficiis insti. de act. l. si quis. §. si. ff. de furt.

† l. achleras. §. si. D. de infam.

† l. furti. §. si quis. D. de.

¶ De rapina & vi bon. rapto.

† insti. vi bon. rapto. in princ.

† d. §. ex maleficiis.

† l. si quis in tantam. C. vnde vi.

† per l. si. D. de pub. ius.

¶ De damno & lege Aquilia.

† l. ij. D. ad leg. Aquil.

† l. si seruum. §. huius legis. D. de co.

† l.ij. D. eod.

† l. si putator. D. eod.

† l. imperitia. D. de di.
regu. iur.
† l. qua actione. §. fin.
D. ad leg. Aquil.

† §. 6. in ff. eod.

† d. §. fin.

† l. si. D. de iis, qui deie-
ce, vel effud.

† De iniuriis.

† l. j. de iniur.

† §. j. in ff. eod.

emendetur. Tria ergo in lege Aquilia confi-
derantur, damnum esse datum, & iniuria esse
datum, & domino esse datum. Iniuria idcir-
co datum esse requiritur, quia si iure datū est,
non tenebor, † veluti si seruum tuum latrone
(cū aliter periculum euadere non possum)
occidero, vel adulterum in ipso adulterio cū
vxore mea deprehensum, si cum contestatio-
ne id fecero. Item si † putator, eiecto ramo
ex arbore seruum tuum transeuntem occide-
rit, distinguendum est, vtrum prope viam pu-
blicam, vel vicinalem, aut in suo agro, vbi
nulli erat mos eundi, id fecerit. Nam prope
uiam publicam vel vicinalem, seu in illo lo-
co, in quo erat ius eundi, id fecerit, & non pro-
clamauerit, culpæ reus est. quod si proclama-
uerit, vel in eo loco erat, in quo non erat ci-
ius eundi, & seruus se cauere non curauit, non
tenebitur. Imperitia † quoque culpæ annu-
meratur. Itaque si medicus † seruum suum se-
cuerit, & ob eius imperitiam, seruus mortuus
est, vel si citius quā deberet dereliquit cura-
tionem, lege Aquilia tenebitur: hac actione
non minus quis ex culpa, quā ex dolo puni-
tur. Quocunque enim modo damnum quis
& culpam dederit, etiam si dolo careat, hæc
actio locum habet. Ita demum quis directō
hac actione agere poterit, si corpus corpore
læsū sit, alioquin, nisi seruo alieno persuase-
ro, vt ibi damnum det, vt ille iudicio, non dire-
cto tenebor. Item † si seruo tuo persuase-
ro, vt is se de ponte præcipitet, vel arenam fru-
mento tuo immisceat, & is id fecerit, vt ille iu-
dicio tibi tenebor. Quod si seruum tuum cō-
pedibus vinctum, ductus misericordia solue-
ret, & is aufugerit, neque † directo iudicio, ne-
que vt ille tenebor, sed in factum in me placuit
actionem dari. Licet autem actio directo, soli
domino competat: attamen vtilem etiam his,
quibus iuste interest dari placuit. Cū autem
libero homini, proprio corpore damnum da-
tum est, impenfarum & sumptuum, quos in cu-
ratione fecerit, æstimationem habebit. Item
operarum quibus caruit, aut cariturus est, ra-
tionem hoc iudicio consequi poterit, detor-
mitatis vero ratio non habebit. Liberi e-
nim corporis, placuit nullam fieri posse æsti-
mationem.

¶ GENERALITER INIURIA DICI-
tur omne quod non iure fit, specialiter aliās
iniquitas & iniustitia, vt in lege Aquilia dam-
num iniuria dicitur contumelia, quæ a contē-
nendo dicta est. Iniuria † autem fit non solum
cū mala alicuius pugno percutitur, sed etiā
cū conuentium ei fit, vel cū quis carmen,
vel libellum † ad infamiam alicuius scripsit, e-
diditve, vel edi fecit, aut scribi dolo malo. Et
generaliter quoties aliquid fit, quod apertē
in alicuius contumeliam pertineat, si quidē
dolo malo factum est, locum habet hæc actio.
Itaque si filia Titij quæ Pamphilo filio Scij
nupta est, iniuriam fecero, non solum Pam-

philus, sed etiam Titius & Scius iniuriarum
mecum agere poterunt. Sin autem † marito in-
iuriam fecero, vxori iniuriarum non tenebor.
Defendi enim vxores à viris, non viros ab v-
xoribus æquum est. Aliis autem personis, quæ
non sunt in nostra potestate, si iniuria fiat, nos
agere nō possumus, nisi nominatim in nostrā
contumeliam facta sit. Item si libero homini,
vel seruo alieno, bona fide possessis, iniuria
fiat, vel etiam si seruo meo proprio, ita demū
iniuriarum mihi competit actio, si in meam
contumeliam apertē respiciat. Hæc autem
actio, arbitraria est, & ideo permittitur iniu-
riam passio iureiurando iniuriam æstimare, ta-
xatione habita à iudice secundum qualitatem
facti & personarum similiter facientis & pa-
tientis: necnon etiam locus in quo facta est,
id est, vtrum † in publico, aut in priuato, & lo-
cus etiam vulneris, secundum quæ & atrocitas
est iniuria, æstimabitur. Aliter enim est iniu-
ria æstimanda, si senatori fiat, aliter si humili.
Item aliter si in theatro, vel in senatu, aliter si
in clanculo fiat, aliterque si in oculo, quā si
in pede fiat, æstimabitur. Hæc autem actio
quia ex iure prætorio descendit, anno termi-
natur. & ideo, si quis iniuriam passus intra an-
num non fuerit contestatus, amplius non po-
terit agere. Item si quis iniuriam passus ad ani-
mum statim non duxerit, postea agere nō po-
terit. Sed si hæc actio ex iure descendat ciuili,
veluti ex lege Cornelia, quæ competit ob
eas causas, quod quis se pulsatum, verberatū,
† domum suam vi introitum esse dicat, etiam
post annum, si ad animum, statim vt facta fuit
reuocauerit, agere poterit. Domum autem si
ue propriam, siue conductam, siue gratis con-
cessam, accipere debemus. Hæc autem siue
prætorias, siue ciuiles, quia personalis est, nec
hæredi, nec in hæredem datur: nisi inter prin-
cipales personas lis fuerit inchoata. Liberū
est autem ei, qui iniuriam passus est, & priua-
to iudicio iniuriarum estimationem persequi
criminaliter, & publico lege Cornelia, accu-
sare. Nunquam enim plures actiones (præter
tūm pœnales) de eadem pecunia concurrentes,
altera alteram consumit.

¶ SI IUDEX LITEM SVAM fece-
rit, propter imprudentiam quæ si ex maleficio
obligatus videtur: tunc autem litem suam fa-
cere videtur, cū iniquē sententiam dicit.

Item is ex eius † cœnaculo proprio siue con-
ducto, aliquid deiectum effusumue est, quod
alicui nociturum videtur esse, quasi ex malefi-
cio obligatus videtur. Item si quis eò quā
vulgo iter fit positum suspensumue, aliquid
habueris, quod si ceciderit iter, agentibus, no-
cere possit, quasi ex maleficio tenebitur. † Cū
autem iudex per imperitiam litem suam fece-
rit, æstimatione competentis iudicis, pœnam
sustinere cogitur, secundum quod ei bonum
& æquum esse videbitur.

† §. ij. in ff. eod.

¶ In arbitrio posi-
ta, non certa quantita-
te terminata.

† §. pena. in ff. eod.

¶ Idcirco iniuriarū
actio, quæ descendit ex
iure prætorio, anno
terminatur: quia ip-
sius prætoris potestas
anno finiebatur: quæ
verò ex iure ciuili de-
scendit, non solū hac,
sed generaliter omnes
non nisi xxx. anno cur-
riculo finiuntur.
l. lex Cornelia. D. eo.

¶ Criminalis accu-
satio ideo dicitur, quia
cuius de populo dat

¶ De actionibus quæ
quasi ex maleficio na-
scentur.

† l. j. D. de iis qui deie-
cer. vel effud. l. v. §. v.
D. de oblig. & actio.

† l. si. D. de var. & ex
traordi. cognit. & vid
Jurispru. med. Prate
lib. j. cap. xix.

Quarta Pars, siue Liber

Q V A R T V S.

D E A C T I O N I B V S. *

a ¶ Cum aliquis me-
cum contrahit, uel ma-
leficiū mihi facit, ius
statim ex ipso contra-
ctu uel maleficio eum
mihi uincit & obligat;
quia uinculum iuris di-
cit obligatio. Ad hoc
vero exequendū & pe-
tendum in quo mihi
uinctus est, prodictum
est aliud ius, quod di-
citur actio. quo iure
eū qui debet mihi ex
contractu, uel ex male-
ficio, ut id quod mihi
debet soluat, cogo p
iudicem, id est, si quis
rem meam possidet.

¶ De iudiciis.

† l. contumacia. D. de
re iudic.

† l. properandum. C.
de iudic.

b ¶ Praecones qui vo-
cantur exsecutores, q
quod iudex praecipit,
exequuntur. Assesso-
res quia assident iudi-
ci. Scribae qui scribunt
gesta.

¶ Quibus ex causis
personae prohibeant.
† l. j. D. de postulan.



Estat ut de actionib' tractemus.
Actio autem nihil aliud est, quā
ius persequendi iudicio, quod
sibi debetur.

¶ ANTE QVAM DE
actionibus tractetur, pauca de iudiciis pro-
ponamus. Iudicium ergo est, causae discussio,
cum certarum personarum interpositione.
In iudicio autem quinque sunt consideranda,
persona, iurisdictio, tempus, locus, causa. Per-
sonarum quaedam sunt necessariae, quaedam
utiles tantum. Necessariae sunt, sine quibus
iudicium consistere non potest, haec sunt Iu-
dex, actor & reus, his enim personis deficien-
tibus, vel aliqua earum, iudicium quidem non
erit. Eremodicium uero certis in casibus ef-
fesse poterit, ueluti si contumaciter †, post tri-
nam edictorum sollicitationem, vel post vnā
peremptorij edicti commonitionem valen-
tem pro omnibus abesse dignoscitur, vel si iā
ferē claspō † triennio à litis exordio, vna par-
te praesente, altera qualibet absente iudex sen-
tentiam dixerit. Utiles tantum sunt, sine quibus
quidem iudicium consistere potest, adhi-
bitae tamen, faciliorem iudicij exitum parant,
ut sunt aduocati, testes. item iudicis officia-
les, ut sunt apparitores, praecones, b execo-
tores, assessores, scribae. In personis communi-
ter considerandum, quae admittantur, seu quae
prohibeantur. Hoc sciendum, quod quaecun-
que persona, si non specialiter prohibetur,
communi iure admittitur.

¶ QVI AVTEM † PROHIBENTVR,
alii prohibentur aetate, alii morbo, alii ca-
su, alii conditione, quidam sexu, quidam
religione, quidam moribus, quidam etiā ob
specialem causam, quidā ob familiam, quidā
munere. Item qui prohibentur, quidam phi-
bentur certis causis, uel certis personis inter-
uenientibus, quidam perpetuō. Aetate per-
petuō prohibentur impuberes, ne sint Iudi-
ces, testes, aduocati. item actores vel rei,
sine tutoris vel curatoris auctoritate. Mi-
nor etiam octodecim annis aduocatus esse
non potest, vel iudex. Aduocatus uerō est,
qui causam suam vel amici ante eum cui iu-
risdictioni praest, exponit. Qui autem
aduocatum non habent, à iudice petere pos-
sunt. Ait enim Praetor, Si Aduocatum non
habent, ego dabo. Morbo prohibentur alij
ob morbum corporis, alij ob morbum ani-
mi. Ob morbum corporis prohibetur, qui
diutino morbo laborat, nec etiam suis pedi-
bus superesse potest, ut si iudex. Item aduoca-
tus, nisi in propria causa. Testis uerō volens
admittendus est, inuitus autem non est cogē-
dus. Item actor, vel reus si uult quidem esse, su-

scipiat. Si manuult in ciuili causa, procurato-
rem ei dare concedatur. Ob morbum animi
prohibentur, furiosus, mente captus, qui ge-
neraliter per se nullam legitimam personam
in iudicio consistendi habent. Casu remouen-
tur, caecus, mutus, surdus. Caeco enim non p-
mittitur iudicem esse, nisi hoc ei post susce-
ptum magistratum acciderit, neque aduoca-
tum, nisi in propria causa, vel suorum fami-
liarium. Reus uerō vel actor quidem esse po-
terit, sed procuratorem ei dare non denega-
tur. Item testis in quibusdam iure suscipitur.
Mutus uerō & surdus in iudicio per se consi-
stere non possunt. c Qui cōditione prohiben-
tur, aut sunt serui, aut liberti. & serui qui-
dem nullam consistendi personam per se ha-
bent in iudicio, nisi in crimine pduellionis. d
Inter seruū enim & liberum, constat nullū
posse consistere iudiciū. Liberti uero nec pa-
tronum, nec pro patrono testimonium dicere
possunt, vel eum accusare, nisi in crimine
maiestatis. Patronus autem contra libertum
testimonium dicere non compellitur. Sexu
remouentur mulieres, ne sint iudices, nec et
ad postulandum, nisi in causa propria vel fi-
liorum suorum, quorum tutelam gerunt, ac-
cedant. Item in testamentis adhiberi testes
minimē possunt. In iudiciis uerō nisi adulte-
rio damnatae sint, rectē admittuntur. Religio
ne e prohibetur, † ueluti haeretici, ij nec testes,
nec iudices seu aduocati contra Orthodoxos
fieri possunt. pro Orthodoxo tamen aduer-
sus haeticum, testimonium rectē haeretici ad-
mittitur. Item nec Iudaeum Christiani iu-
dicem esse posse, vel aduersus eum, testis re-
cipiendus est. Pro Christiano & contra Iu-
dæum testis esse potest. Christianus uerō Or-
thodoxus, Iudæi & haeretici iudex & in eos
testis esse potest. Moribus prohibentur infā-
mes, ne iudices creentur: item ne in testimo-
nio recipiantur, nec aduocati sint, nisi in cau-
sa sua & suorum familiarium, vel quorum ad-
ministrationem gerunt. Ob specialem cau-
sam prohibentur, ueluti propter inimicitia
capitalē. Hi contra se testes esse non possunt.
nec accusatores qui ante litem motam sepa-
rabantur. Item si capitales inimicitias contra
patrem habuit, contra filium testis esse non
poterit. Iudex autem esse nō prohibetur, sed
si suspectum iudicem quis habuerit, liceat ei
episcopum ciuitatis ad causam discutiendam
vnā cum iudice suspecto aduocare. Ob fami-
liam ius dicendi in me vel pro me, testimo-
nium, praeter in crimine pduellionis, non
habēt filius vel filia, nepos vel neptis, neque
omnes qui potestate mihi iunguntur. Am-
plius quibuscunque imperare possumus, ut
inuiti testimoniū dicant, hi nobis iure, testes
esse nō possunt. Iudex autem & pater filio, &
filius patri, etiā si in eius potestate sit, esse po-
terit. Munere f prohibetur, milites ne priua-
torū aut aduocati, aut iudices, aut accusatores
existāt. Et generaliter † nullus ad testimoniū
ducendus est, nisi quem & vitæ dignitas, &
morum honestas, vel vox aliorum legitimo-

c ¶ Quia per procu-
ratores possunt.

d ¶ Pduellionis cri-
men est, cum quis con-
tra personam Impera-
toris, uel contra repū-
blicam molitur.

e ¶ Religio est diui-
ni nominis cultus, su-
persticio, uana religio.
l. si. C. de postul.

f ¶ Munus quid sit,
docet iuriscōsol. l. mu-
nus. j. ff. de uerb. signi-
fic. l. j. & iij. D. de testib.

rum

rum testium, commendat & in summa talis debet esse omnis testis, ut fidem debitam iudiciariæ religioni omni gratiæ & potentatui possit præponere. Quod autem clericus aduersus laicum testis esse non possit, uel contra in capitulari legis Longobardiæ cautum est. In legibus autem Romanis, non memini me inuenisse, imò contrarium in multis locis constitutum esse cognoui.

¶ De iurisdictione.

¶ IURISDICTIONE EST IUS dicendi ius. Hæc autem alia voluntaria, alia contentiosa. voluntaria est, quæ, utraq; parte volente, expeditur: ut adoptio, emancipatio, manumissio. Potest tamē & quis inuitus manumitti. Nulli enim ciuitatem Romanam respuere permittitur. Contentiosa est, quæ p litem & contentionem expeditur. Hæc alia mera, alia mista. Mera iurisdicção ¶ est, ut potestas gladii. Mista est quæ in se alicuius rei habet sententiæ ditionem. Item iurisdicção, alia propria, alia demãdata, alia ex communi partium consensu data. Qui propriam iurisdicçãoem habent iudices ordinarii dicuntur. nec interest, utrum habeat potestatem gladii, necne. Qui autem demandatam habent, dati uocantur, qui eam ex communi consensu partium habent, arbitri appellantur. Potest tamē idem & datus iudex arbiter esse. ueluti si ego & Titius in Seium compromiserimus, & postea a proprio ordinario, eum nobis dari iudicem petierimus. Qui autem propriam iurisdicçãoem habet, demandare eam potest. Qui autem solum demandatam habet, eam mandare alii non potest, nisi ei à principe sit demandata. Ait enim constitutio, Iudex ¶ à iudice delegatus iudicis dandi non habet potestatem, cum ipse iudiciario munere fungatur nisi à principe iudex datus fuerit. Mera iurisdicção demandari non potest. Item nec causa status: nec totius patrimonij controuersia.

¶ L. merum imperium.

¶ L. v. C. de iudic.

¶ De arbitris.

a ¶ Ex cõpromisso, ut in simul inter se partes pœnam promittat si se libertum dicit. b ¶ Sententia ab eo dicta qui eã in reprohibet dicere, nullius est momenti. Omnis definitiua sententia aut est cõdemnatoria aut absolutoria. Omnis absolutoria exceptione parat. cõdemnatoria uero omnis actionem, ut ea quæ data est non ab ordinario iudice, uel non ab ordinario dato. ¶ De temporibus iudiciorum.

¶ L. oēs dies. C. de feriis.

c ¶ Ceremoniæ sunt ueluti elemosynæ ieiunia, imò et ciuitas Dei per actus exteriorum.

anticipant. dies quoque Paschæ qui septeno præcedunt numero, uel sequuntur. necnon dies dominici qui repetito in se numero, reuoluuntur & Ascensionis & Pentecostes, & litaniarum orio emãcipant. Pari quoque reuerētia necesse est haberi natalitios apostolorum, necnon diem ortus Imperialis personæ. In omnibus tamen prædictis diebus uoluntariæ iurisdictionis effectus non prohibetur.

Item criminales causæ in prædictis duob. mensibus, exerceri non prohibeantur. Item causæ orphanorum & uiduarum prædicto etiam tempore agantur. Item causæ piorum locorum.

Tempus intra ¶ quod finiri debet, consideratur, id est triennium à litis contestatæ tempore, si causa ciuilis est. Sin autem criminalis, ultra biennium non prolongatur: & si quidem reus præsto est, actor uero absit, liceat iudici actorem commonescere, ut uel ipse ueniat, uel procuratorem mittat legitimum. Sin autē, actor minimè uenerit, nec procuratorem miserit, uocetur per tria edicta, per interuallum ¶ i, singulis, nō minus triginta dierum, & si nec tunc uenerit, habeat inducias unius anni ad huc. Quo elapso, præsentē reo, litem audire. iudici liceat, & consentaneum calculum proferat.

¶ L. properandum. C. de iudic.

Quod si intra prædictum annum uenerit, & litem agere uoluerit, non tamen antea suscipiatur quam impensas reo præstet, iterum ad iudiciū accedat. Alioquin si impensas reo soluere noluerit, & annus transierit, careat actionibus. Illa enim regula, qua cautum est, ne quis ¶ inuitus agere uel accusare compellatur, tunc locum habet, cum actor ad uersarium suum, teneri in iudicio non fecit.

¶ L. unica. C. ut nemo inuitus ag.

Hæc autem locum habent, non si lis contestata fuerit, sed etiam si sola admonitio & præcū intimatio iudici facta est. Quod si reus quidem ¶ abfuerit, uel etiam, reo absente, non in stet, liceat iudici si quidē ex contumacia reus abest, peremptorio edicto, eum citare, uel uoce præconia uocare, & litem (secundum iuris ordinem) finire. Sin uero reus non ex contumacia abest, & triennium iam transierit, ita ut sex menses tantum supersint, inde eum trib. edictis uocare per prædicta interualla oportet.

¶ d. l. properandum.

Quod si nec tunc ueniat, causas audiat, & secundum quod iustum inueniet, sententiam proferat. Curare autem semper debet Iudex in definitiua sententia quatenus uictum uictori in omnes legitimas expensas, ¶ quas uictor iurauerit se in totali re fecisse, cõdemnet. Sin autem undique uariæ lites sint, & propter hoc alterum alteri minimè in expensis cõdemnare maluerit: & hoc in sua habeat potestate. Has tamen impensas uictor ab sentis petere potest. Sin autem utraque parte præsentē, uel altera iudex causam finire minimè uoluerit, totam litem ex litis facultatibus sine omni inquisitione emendare cogatur.

¶ d. l. properandum.

¶ LOCVS CONSIDERATVR IN iudiciis, ubi quis agere uel conueniri debeat. Vbi enim quis domicilium habet, aut ubi cõtraxerit, uel deliquit, aut ubi res sitæ sunt, ¶ si in rem

¶ De loco ubi quis agere uel conueniri debeat.

a ¶ Actor in ciuili cā
accusator in crimina
libus.
† l. ij. C. de iurisdic.
† l. ij. §. legatis. D. de
iudic.

† c. si diligenti. de fo-
ro. compet.

¶ De Causis.

b ¶ Veluti restitutio
in integrum.

† Iudiciorum ordo.

† l. j. D. de eden.

si in rem agit, apud eius loci iudicem cōueniri debet. Actor enim^a rei^a forum, † non reus actoris si queritur. Item Romę omnes conueniri possunt, quocunque loco sit contractum. hoc tamen ex priuilegio legatis † causa reipu. remittitur. Item apud quem iudicem quis agat, apud eum respondere cogitur. Clericus autem in ecclesiastico negotio, nec agere, nec conueniri apud præsidem prouincię debet: sed apud proprium Episcopum debet definiri. Sin autem is qui conuenitur, est laicus, volens quidem ante antistitem litigare, admitendus, inuitus uerò non est cogendus. Quòd si in causa criminali (quę ad ecclesiasticum negotium non pertinet) clericus † accusetur, licet i hoc casu Episcopum cognoscere, ut tamen si dignum capitali supplicio clericum inuenerit, omni clericatus honore denudatum ad puniendum iudici tradat. Sin uerò clericus ante Præsidentem accusetur, non liceat Præsidi ante clericum punire, quàm a proprio Episcopo à clericatus honore fuerit denudatus. Quòd si ipse uiderit acta non iuste constitisse, liceat ei gradus denudationem sub legitima cautela mittere, quousq; super ea re principi suggeratur, iuste finem causę imposituro. Sin uerò inter clericum uel quemuis alium, & proprium Episcopum causa emerferit, qualiscunque, primum metropolitanus ad eundem est, q secundum canones & leges negotium discernat. Et si quis iudicatis acquiescere noluerit, ad Patriarcham illius regionis referatur, & ille secundum canones & leges fidem eis præbeat, & nulla pars ualeat contradicere eius sententię. Item obseruandum, & si inter duos Episcopos eiusdem concilij, de quacunque causa lis interueniat, adhibere etiam debet in iudicando Episcopum metropolitanum, & quosdam de Episcopis eiusdem concilij. Sin autē contra metropolitanum quisquam adire nōluerit, regionis illius Patriarcha negotium discernat.

¶ CAVSA AVTEM EST ante eum q iurisdictioni præest, agentis uel rei controversia. Hęc alia ciuilis, alia criminalis. Ciuilis causa est, quę per actionem, uel iudicis officium^b exercetur. Criminalis uerò est, quę per accusationem, & solennem inscriptionē proponitur. Et primitus quidem de ciuili causa uideamus. In hac autem quędam considerare oportet, quę eam præcedunt, quędam quę insunt, quędam quę sequuntur. † Causam præcedit actionis edictio, in ius uocatio, libelli conuentio, & hoc ordine certo. Si enim q s cōtra aliquem actionē putat se habere, prius eum adire debet, & actionem suam atque rationes edere, ut secum † aduersarius deliberet, utrum soluere quod ab eo petitur malit, an reluctandū existimet. Qui soluere uoluerit, non est in iudicium uocandus, alioquin in iuriarum actor tenebitur. Quod si reluctandū putat, tunc actor iudicem adeat, & causam suam iudici exponat, & eam gestis inscribi faciat. Iudex uerò libello conuentionis facto, per apparitorem reum in ius uocet. Libellus

autem conuentionis in hunc modum fieri debet: Metellus iudex Iugurthę. Notum sit ibi Atherbalem questum mihi de te fuisse, quod uirę eius fueris insidiatus, cuius rei gratia te moneo, ut ad placitum uenias, ei quę iustitię facias, libellumq; eius accusationis suscipias. quo subsequuto, habet reus spatium xx. dierum, in quo liceat ei, uel recusare, uel si eum spectrum habet, Episcopum loci, uel alium iudicem: cum eo, ad causam discutiendam aduocare: uel id quod debet reus, intra prædictos xx. dies confiteri. & si quidem iudicem recusandum putauerit, libellum non accipiat, sed ante iudicem representatus, fori præscriptio neatur. Nemo enim neque in criminali causa, neque in tributorum exactione, neque in populari seditione, à Præsidente prouincię^c vocatus, fori præscriptione utatur.

¶ OMNIS ENIM A IVDICE vocatus ante iudicem sui copiam faciat, ut hoc ipsum sciatur, utrum eius iurisdictioni subiaceat. Si autem libellum conuentionis acceperit, tunc personales præster fideiussiones, & sportulas executorum det, & subscribat contradictionis libello^d tēpus & diem, quo eum excepit, & usque ad prædictum spatium nullam molestiam patiatur. Sin autem prædictū tempus elapsum sit, tunc ad respondendū actori, si se non excusauit, teneatur. In ius autē uocare patronum prohibetur libertus, præterquam si veniam edicti impetrauerit. quod si aduersus hoc facere ausus fuerit, quingentorū aureorum poena mulēabitur. Cum autem utraque pars ante iudicem sui copiam fecerit, tunc si quas præscriptiones personales, inter se litigatores opponere uolunt, audiantur ante litis contestationem: alioquin postea opponere non licebit, satisfactionesque; exponant, reus quidem iudicatum solui, actor uerò litem usque ad definitiuam sententiam executurum. Sin autem per procuratorem litigaturi, tunc si de mandato dubitatur, nisi sit pater uel maritus procurator actoris, etiam rem ratam dominum habiturum satisfactione confiteri: procurator uerò rei iudicatum solui satisfidet.

¶ HIS QVOQUE subsecutis actor iuret, quod se putans habere iustam causam, uenit ad litigandum. Reus uerò putans se uti bona instantia ad reluctandum. Addant etiam, quia nec delationis aut calumnię, nec uexandi aduersarii causa, probationes in tota causa ab aduersario suo exigant. Aduocari † etiam utriusque partis præbeant iusiurandum, nihil se, nisi quod iustum & utile litigatoribus putauerint esse in tota causa, allegaturos, neque etiam dolo malo prætermisuros.

¶ QVOD SI ETIAM SVSPICIO emerferit, quod aliquis litigatorum aliquid dederit, uel promiserit iudici pro hac causa, iurare debet, quòd nihil dederit uel promiserit. Quòd si aliquis eorum hoc iusiurandum subire noluerit, si quidem actor est, actione cadat: si autem reus, pro condemnato habeat. Planē si confessus fuerit aliquis se dedisse, uel prom-

c ¶ Prouincia est regio certis finib. vnus iudicis officio destinata. Idē ius Præles habet in prouincia, q Prætor iu urbe.
¶ De in ius uocando.

d ¶ Id est, det alium libellum facere, & in eo contradictionem suam, & in ultimo die ponere, quo per executorem cōuentus ē. Libellus uero contradictionis hoc fine clauditur: Met. Iug. relatio ne uestrarum literarū didisci, Atherēb. de me apud tribunal, uestrum questum fuisse quid sit eius fuerim insidiatus: huius rei quidē causa iudicio me fisti tali die spendeo, & contradictionis libellū mitto, & accusationis scriptum v. Idib. Iā. apud oppidū Vaccañ. me recepisse profiteor.

¶ De iureiurando Actoris, Rei, & Aduocatorum.

† l. rem nouam. §. patroni. C. de iudic.

¶ De Sacramento dando pro suspicionē.

promississe, & cui, & hoc probauerit, ipse quidem a pena immunis erit. Conuictus uero si quidem civilis causa fuerit, magistratu expoliatus, promissum in duplum datum in triplo præstabit. Sin autem criminalis sit causa prius bonorum publicatione in exilium mittatur.

Quod si litigator iudicem accepisse conuincere non potest, iudex iureiurando se expurget. Litigator uero fisco æstimationem præstet, & lis legitimo modo finiatur, & hoc si civilis causa fuerit. Sin autem criminalis sit, bona eius fisco publicabuntur. Causa uero legitimum finem accipiat apud competentem iudicem. Quod si iudex iusiurandum dare minime uoluerit, eadem pena teneatur, qua supra litigatorem teneri diximus. Hæc autem omnia, non solum in omnibus ordinariis iudiciis sed inter arbitros locum habere volumus. Oportet etiam iudices ab ipso principio litis, usque ad finem (maxime in definitiua sententia) habere ante se proposita sacrosancta euangelia, attendentes quod sicut iudicant homines, sic iudicabuntur à Deo. Principium uero litis, est litis contestatio.

¶ **LIS AVTEM** contestata tunc uidetur, cum utraq; parte præsentem, unus proponit, alius contradicit. Hac autem contestatione, actiones quæ temporales erant, uel quæ in herede transire non poterant, seu quæ iam fori præscriptione exclusæ erant, & in heredem perpetuæ efficiuntur, nec ulla nisi tricennali præscriptione, post litis contestationem habitæ, excluduntur. Hoc idem facit præscriptio episcopalis admonitio, & quedam alia. Litem autem contestando, res in controversia deducitur.

¶ **CONTROVERSIÀ** uero triplex est aut enim erit facti, aut nominis, aut iuris. Facti controversia est, cum de facto queritur. ut fecisti hæc? non feci. Hæc à rhetoribus coniecturalis appellatur. Iuris questio est, cum de facto quidem constat, de iure uero dubitatur. Hæc & generalem & translatiuam includit. Nominis est questio, cum de facto & iure facti constat, de nomine eius facti dubitatur, ut si auferatur res sacra de ecclesia, & unus dicat furtum esse, alius uero sacrilegium appellet, hæc in se diffinitiuam includit uicissim.

¶ **CVM VERO** questio facti est, qui dicit factum esse aliquid, probare debet. Ei enim incumbit probatio qui dicit, non qui negat. Factum enim negantis naturali iure, nulla est probatio. Si uero iuris sit questio, qui negat ius, probare debet, nisi generalis prohibitio sibi obstat. Si uero nominis est questio, qui aliquid emolumentum consequi uult ex nomine, probare debet. Item considerandum generaliter, quod qui agit uel accusat, probare debet. Ait enim constitutio, qui accusare uoluit, probationes habere debet: & post pauca: Acrore enim non probante, qui conuenitur, & si nihil præstiterit, obtineat. Itæ alia constitutio. Res alienas possidens, licet nullam iustam causam possidendi habeat, tamen non nisi implenti intentione suam, restituere cogitur. Non solum autem qui ab initio agit, probare debet,

sed etiam reus, si excipiat, probare debet. Reus enim in exceptione, actor est. Probandum uero quæstiones, si quidem facti sunt, testibus, instrumentis, consentiente fama, præsumptionibus, indicibus.

¶ **IN TESTIVM** probatione considerandum quod ubi numerus testium specialiter non exigitur, duo sufficiunt. Vox autem unius solius testis, nullo modo ad probationem est idonea, ad præsumptionem facienda potest admitti. Et hic considerandum, ut nullus sit testis, iudex uel actor. Nullus enim duas personas in iudicio necessarias in eodem iudicio habere potest. Item omnis testis iuratus testimonium dicat, & antequam ad dicendum testimonium accedat, separetur. & utrum uerisimile & concordans testimonium alterius, testis dicat, discutatur. Quod si plures testes sint, & discordant, honestioribus credendum est. à reliquis si uiles sint personæ, per tormenta ueritas exigenda est.

¶ **INSTRUMENTIS** questio probatur, cum scriptum aliquod ad probandum factum quod in questione est, indicitur. hoc autem tale esse debet, ut tabularii publici conscriptione, & testium subscriptione roboretur. Quod si tabularii conscriptionem non habent, testimonium sacramento firmetur. Sin uero & testes & tabularius mortuus sit, dubitatio autem emergat, utrum tabularius scripserit, tribus publicis instrumentis, & de quibus dubium non sit, dato sacramento comparantis, comparatio fiat literarum. Cum autem questio iuris est, prius scriptum, uel per æquitatem, uel per simile probari debet. Sin uero æquitas iuri scripto contraria uideatur, secundum ipsam iudicandum est. Ait enim constitutio: placuit in omnibus rebus præcipuam esse iustitiam, æquitatisque, quam iuris stricti rationem. huic enim aduersari uidetur constitutio posita in primo libro Codicis. titu. de legibus & constitutionibus, inter ius & æquitatem interpolatam, interpretationem nobis solis oportet & licet inspicere. Cum autem nominis est questio, per definitionem, uel per scriptam legem probari oportet. Viso autem quid sit iudicium & eius causa, cetera quæ sequuntur, ad tractandum de actione redeamus.

¶ **IN ACTIONE** oportet inspicere ex qua causa nascatur, ex quo iure proficiatur cui competat, aduersus quem, & quid in eam ueniat, & iudicis officium in ea.

¶ **NASCITVR AVTEM** omnis actio ex obligatione, uel rei detentione. Ex obligatione, nascuntur omnes personales actiones. Obligatio autem quibus modis contrahitur, superius dictum est. Ex rei detentione nascuntur actiones, cum persona quidem nullo modo obligata est, sed in re quam possidet, aliquid mihi ius dico habere, & hæ actiones vocantur in rem. Harum alia sunt civiles, alia prætorie. Civiles alias de uniuersitate, alias de re speciali. De uniuersitate civiles actiones prodita alia ad petendum, alia ad diuidendum. Ad petendum prodita est, petitio hæreditatis, quæ competit hæredi ad petendam hæreditatem.

¶ **Lin exceptionibus. D. de probat.**

¶ **De testibus.**

¶ **Lubi numerus. D. de testibus.**

¶ **L. iusiurandi. C. eod. b. ¶ Præsumptio est fides habita de aliqua re per aliquam extrinsecam causam sufficiens.**

¶ **L. iusiurandi. ¶ generali consuetudine per L. nullum. C.**

¶ **L. ob carmen. D. eod.**

¶ **De fide instrumentorum.**

¶ **Instrumenta dicuntur scripta per excellentiam, eo quod nos instruant ueritatem.**

¶ **Testes in inferiori parte subscribantur interfuisse negotio, quod est in questione.**

¶ **L. placuit. C. de iudic.**

¶ **Lj.**

¶ **De actionibus, quæ ex obligatione nascuntur, dicuntur in personam: quæ ex rei detentione, in rem vocantur.**

¶ **In personam idcirco dicuntur actiones quæ ex obligatione nascuntur, quia quorumque modo res in qua obligatur quis alienet persona est eius qui debet, obligata permanent, quousque mihi satisfaciatur. At uero si in rem actione mihi aliquis tenetur, forte quæ meam possidet: quocumque modo sine dolo suo desinat possidere amplius non mihi tenetur, sed aduersus eum qui cepit possidere, actionem intendam in rem.**

¶ **Quæ competit in personam, si re, uerbis, literis, consensu.**

¶ **De litis contestatione.**

¶ **Do. in l. cum mota. C. de transact.**

¶ **De questione facti, uel iuris seu nominis.**

¶ **Fabius l. iij. ca. xij. et lib. vj. c. iij. iiii. & v.**

¶ **De probationibus. l. iij. D. de probat.**

¶ **Veluti cum generaliter sit prohibitum homicidium, qui dicit se iure occidisse, probare debet.**

¶ **I qui accusare. C. de eden.**

¶ **L. h. C. de rei vindic.**

† l. j. D. famil. ercisc.

† l. in rem actio. D. de rei vindi.

† l. j. commn. diuidun.

† l. ij. l. liij. §. fina. D. fin. regua.

† l. iij. D. de pub. fin. re act.

† §. item Seruiana. In sti. de actionib.

¶ Ex quo iure proficiscatur actio.

a ¶ Ex iure pratorio uel ciuili cui cōpetit actio.

A ¶ Ex maleficio, ut furto, rapina.

¶ Aduersus quem cōperat.

b ¶ Id est, ex ea causa ut ex tumultu, incendio, ruina, naufragio.

c ¶ Conuenitur si dolo desit possidere, ac si possideret.

¶ Quid in actionem uenit.

d ¶ Actiones ex contractu sunt commodati, depositi, pignoratitia, mandati, quasi ex contractu sunt tutelæ negotiorum gestorū.

† notatur in rubri. C. de oblig. & actio.

† l. si mandatum. C. de nego. gest.

ditatem. Ad diuidendū † prodita est actio familiaris erciscundæ: quæ heredi competit ad diuidendum. In rem † specialem ad petendum prodita est vindicatio, quæ domino competit ad rem suā petendam. Ad diuidendū † specialis est cōmuni diuidūdo, quæ eis cōpetit, qui re aliquam cōmunem habent. Item in rem ciuilem est finium † regundorū. quæ datur eis, qui cōfines agros possidēt, ad fines distinguēdos. Iure pratorio proditæ sunt actiones in rem, ueluti de seruitutibus prædiorū urbanorū, & rusticorū. Item Publiciana, † quæ datur bonæ fidei possessori. Itē Seruiana & quasi Seruiana, quæ etiam hypothecaria uocatur. Per Seruianam autē experitur † quis de reb. coloni, quæ domino fundi pro pensionibus obligatæ tacito iure uidentur. Quasi Seruiana, qua creditor de re sibi pignoratā experit, quæ hypothecaria uocatur. Inter pignus uero & hypothecā nihil aliud interest, nisi quia pignus sine traditione fieri. In hypotheca uerō potest.

¶ EX QVO IURE proficiscit actio? a si quidem ex contractu est, ei qui contraxit, uel heredi eius. Sin uerō ex maleficio, A ei qui maleficio passus est, uel heredi eius, præter actionem iniuriarum, quæ nec heredi, nec in heredem datur: & si quæ sunt ei similes.

Quod si in rem sit actio, ei competit qui ius in ea re, quæ peritur, habere dignoscitur, & heredi eius, nisi in persona ius cohæreat, ut ususfructus, vñs, habitatio.

¶ ADVERSVS QVEM competit? si quidem ex contractu est: aduersus eum qui cōtraxit, uel eius heredem, nisi sit depositi, de quo lis crescat b in inficiando. Si uerō ex maleficio, aduersus eum, qui maleficiū fecit, uel eius heredem post litis contestationem. Sin uerō in rem sit, aduersus eum competit, q. possidet, uel qui dolo fecit, quominus possideret. Dolus enim semper pro possessione c habetur, & eius heredem.

¶ QUID IN ACTIONEM uenit? si quidem in personam est ex contractu, d uel quasi contractu uidendum est, utrū contractus talis, uel quasi cōtractus sit, vnde mutue nascantur obligationes, ut sunt commodatum depositum, pignus, mandatum, tutelæ, negotiorum gestorū. Ex his enim omnibus prædictis, duplices † nascuntur actiones, vna directa, altera contraria. Directa actio † est, quæ datur domino rei, ueluti commodanti, deponenti, debitori, mandanti, pupillo, ei cuius negotia gesta sunt. Contraria est, quæ datur his, qui rem gesserunt, cōmodatario, depositario, creditori, mandatario, tutori, curatori, negotiorum gestori. Et in directis quidem actionibus uenit res, quæ in conuentione posita est, ut præstetur, seu restituatur. Item dolus & lata culpa solummodò in quibusdam, ueluti in deposito. & etiā in pro socio. vtrunque in quibusdam, dolus & omnis culpa, & diligētia, ut in pignoratitia, mandati, tutelæ, negotiorum gestorū. In aliis exactissima diligētia, ut in commodato. In contrario iudicio uenit hoc, quod impensum est. In uenditi iudicio con-

uenit pretium. In empti uerò res vendita, & si quid in ea deliquit dolo, vel culpa, ueniunt etiam accessiones. Item in locati actione uenit merces & delictum, & custodia diligens, uenit ipsa res que locata est. In conducti iudicio uenit, si quid impendit, si quid deliquit. Et notandum q. omnes prædictæ actiones, e ad interesse spectant, ut si quidem hoc quod in natura, actionis est, præter reus cum suis accessionibus, absoluitur. Sin autē, ad interesse reus cōdemnetur. Et notandum quod omnes prædictæ actiones, bonæ fidei sunt. Item bonæ fidei est, ex stipulari f quæ B competit mulieri ad acquirendam dotem. Item præscriptis uerbis, quæ competit de estimato, & ea quæ ex permutatione. § & hoc sciendum generaliter, quod in omnibus bonæ fidei iudiciis, non solum res, quæ est in conuentione uenit, sed omnes personales præstationes. Itē omnes accessiones. Item quicquid alterum alteri, ex bono & equo præstare conuenit. Item si pecunia est, usuram h ex mora præstari conuenit. In aliis autem ex contractu, ueluti in conditione certi, quæ descendit ex mutuo & in stipulatu, præter in supradicto casu, & in debiti conditione, & in præscriptis uerbis actione ex aliis causis præter supradictas competit, quia stricti iuris sunt, res ipsæ tantum, quæ in conuentione positæ sunt uocauit, uel per errorem solutæ. Post litis autem contestationem etiam accessiones ueniunt. In his autē accessionibus, quæ nascuntur ex maleficio, uel quasi maleficio, in quibusdam uenit simplum, in quibusdam duplum, in aliis triplum, in aliis quadruplum. Simpliciter uenit uelut in actione legis aquiliæ. Item de dolo, & post annum vi bonorum raptorum. Duplum in actione furti nec manifesti, serui corrupti, & in actione depositi, ex incendio, ruina, naufragio si inficiatur. Triplum, ueluti si quis maiorem summam in libello conuentionis inseruit, ut viatores maiores sportulas a reo exigant. Quadruplum consequitur, actione furti, vi bonorum raptorum. Item de calūnia, & in aliis multis casibus ultra quadruplum, nulla actio prodita est. Per actionem uerò in rem consequit quis ipsas res. in quas intēdit, & in aliis quidē uenit res ipsa, quæ petitur, in quibusdam ius tantū in re. in quibusdā sola possessio. Res ipsa uenit in actione iure speciali, quæ vindicatio appellatur, ueniūt etiam partus, & foetus, & fructus, & accessiones, & hoc uarie secundū qualitatē possessorum. Si enim bonæ fidei sunt possessores, de cōsumptis nō tenentur: malæ fidei possessor omnium rationem reddet. In petitionē autē hereditatis, q competit heredi, solummodo cōtra eum qui possidet pro herede C uel pro possessore, ueniunt non solū res, quæ fuerūt defuncti, sed & commodatæ & depositæ, & quæcūq; defunctus possedit quoquo iusto modo tpe mortis quæ non tantum personales fuerūt, ut ususfructuariæ. Item in familiæ k erciscundæ, & cōmuni diuidundo res ipsæ ueniunt nō ad hoc, ut restituantur, sicut in supradictis, sed ut diuidan-

e ¶ Omnes personales actiones, ita sunt p. d. it. ut id quod in conuentione est, in primis per eas petamus: ut si equū ab aliquo emi, & mihi uēditor tradat, agam: ex empti actione, petēdo equum, ut mihi secundū conuentionem tradat. Quod si tradere noluerit, iudex eum cōdenare debet, ita ut uel equum mihi tradat: uel interesse mihi præstet. ita cum mihi præstet, quā tum mihi potero ostēdere meam utilitatem futuram ex traditione equi. ueluti si eo die quo mihi tradere debuit, cum precio c. soli dorum uenditum habui, cum tantum eum non nisi xl. scississem, c. mihi præstabit.

f ¶ Idcirco huiusmodi actiones bonæ fidei dicuntur, quia cum generaliter in omnibus actionibus quæ nascuntur ex contractu uel quasi contractu, bona fides exigatur, in his tum maxime exigitur & ideo nō solū, id qd in conuentione positū est, uel eius interesse p has sicut per eas, quæ stricti iuris sunt. petuntur & foetus & accessiones, & generaliter quicquid ex bono & equo alteri alteri præstare oportet.

B ¶ Siue intercessit stipulatio, siue non: ius enim tacito, semper intercessisse intelligitur.

g ¶ Permutatio differt a mutuo, quia in mutuo eadē qualitas & quantitas restituitur: da est in permutatione uero & eadē & diuersa præstati possunt. Itē mutuum cōstat in his rebus: quæ consistunt pondere, numero, mēsurā. Permutatio uerò omnium rerum corporaliū fieri potest.

h ¶ In omnibus bonæ fidei iudiciis usurę ex mora ueniūt. Moram autem facit qui postquam debuit soluere interpellatus cum nullam iustam causam habeat, noluit.

i ¶ Quicquid aliquis sperat ex bono & equo se p. c. utrum ab eo cum quo p. xit, uel quasi contraxit bona fides dicitur.

C ¶ Qui possidet, qui putat se heredem cum non sit.

k ¶ Nota has dictas actiones mistas in re & in personis.

uidantur.veniunt etiā personales præstationes,non vnde per finium regundorū iudicantur.In finiu uerō regundorū veniunt res,non ad hoc vt restituantur uel diuidantur, sed vt eorum termini erigantur.† Ius in re consequitur quis actione in rem proposita,de usufructu & vſu & habitatione.Item ius in re consequitur quis,de seruitutibus urbanorum prædiorum & rusticorum,quæ dantur tam ex parte petentis,quam possidentis, a cum in nullo alio iuris articulo, possidenti actio sit prodita. Possessionem consequitur quis Seruiana & quasi Seruiana.Per actionem verō ad exhibendum neq; rem consequimur,neq; ius in re, sed tantum ut ostendatur nobis, ut postea vindicare, uel alio modo petere possimus: qua quidem actione potest agere is, cuius interest, vt exhibeatur ex aliqua probabili causa. Item sciendum quod quædā actiones sunt rei persecutoriæ tantum, quædam poenæ tantum, quædam rei & poenæ, quæ mixtæ vocantur. Rei persecutoriæ sunt omnes actiones in rem. itē in personā, omnes ex contractu uel quasi contractu præter actionem depositi, quæ competit eo nomine cuius depositū est. Tumultus, incendii, ruinæ, naufragii causa cōtra inficiantem. Ex maleficio uero quædam poenæ tantū sunt persecutoriæ, quædam mixtæ. Poenam tantum consequitur quis actione b furti, iniuriarum, quod metus causa, intra annū. Itē de eo quod suspensum positum ve est quod vulgo iter facientibus nocere possit. Poenam uerō & rem consequitur actione vi bonorum raptorum, dā ni iniuriæ, & aliis multis. Rem tantum consequitur ueluti conditione furtiua.

¶ OFFICIUM IUDICIS, est id, quod venit † in vnaqua; actione exequi. Item cōpensationes admittit, præterquam in actionibus in rem, cum de ipsa re est controuersia. Item in bonæ fidei iudiciis, si pecunia est ex mora, in usuras condemnare. Nonnunquam ipsum petentem ad taxationem rei quæ petitur cum iureiurando admittit. Et generaliter quicquid alterum alteri ex bono & æquo debere uidetur, in id debet eum condemnare.

¶ ITEM SCIENDVM de actionibus, q non solum conuenimur quandoq; ex nostro cōtractu, uel eius cui successimus, sed ex alieno, ueluti ex cōtractu eorum, quos habemus in potestate, † id est, filiorū uel seruorū, ita demū quis ob eorū cōtractū in nos agere poterit, si uel iussu nostro cōtractū est, aut in rem nostrā uersum est, aut si eos tabernæ, uel alicui negotiationi præposuerimus, aut si eos nauis exercitores fecerimus, aut peculū aliquod habere dignoscuntur actione quod iussu agitur, cum nostro iussu aliquis negotiū cum his, quos in potestate hominis gestum est, & hac actione actor solidum cōsequetur. De in rem uerso actione agitur, cum quod gestū est cum prædictis personis, in rem nostram uersum est: ueluti si seruo meo Titius mutuo x. dederit, & seruus omnes, uel partem eorum in utilitatē meam uertit, & hoc iudicio, id solū quod actor in rem nostrā uersum esse proba-

bit, consequetur. Institoria agit qui cum seruo, uel filio cōtraxit, quem tabernæ uel alicui negotiationi præposueramus, eius rei gratia cui præpositus fuerat. Exercitoria agit qui aliquid negotium gesit cum eo, quem nauis præposueramus eius rei gratia cui præerat. De peculio agit omnis, qui cōtraxit cū his, quos in potestate habem⁹, cū ipsi aliquod peculū habere dignoscuntur. Peculū autē est patrimoniū personæ in potestate constitutæ. Ita de mū quis de peculio agat, si contra decretum amplissimi c ordinis, mutuo pecunia data sit. Tunc enim creditor ad petendū nullā actionē habebit. hac autē actione tantū quis consequetur, quantum in peculio est, deducto hoc quod patri, dominove debetur. quod si nihil sit in peculio, hac actione nihil consequetur. Est & alia actio, quæ datur in nos ex contractu filii uel serui, quæ tributaria appellatur. Hęc autem actio tūc locum habet, cum seruus uel filius negotiatur i merce peculiari, & eius rei causa, cum eo aliquod negotium gestum est. Hac autē actione † pater, uel dominus nō deducet id, quod sibi debetur, sed cum omnibus creditoribus equam conditionem habebit.

¶ EX MALEFICIO autē filiorum familias in parentes nulla datur actio, sed ipsi suo nomine conueniuntur. Ex seruorum uerō datur actiones in dominos, quæ noxales appellantur. Est autem noxa, † ipsum animal quod nocuit: noxia uero ipsum maleficiū uocatur: tamē qñq; & ipsum maleficiū noxa dicit. hoc autem iudicio ita dominus damnatur, ut uel ipsum maleficiū, ueluti furtū rapinam, damnum iniuriam ita emendet, ac si liber homo fecisset uel seruū ipsum noxę dedit. Illud i intelligendum est, si animal alicuius, uelut equus, asinus, mulus, canis pauperiem faciat.

¶ EST AUTEM PAUPERIES damnum sine iniuria faciētis datū. † Nec enim potest dici iniuriā fecisse, qui sensu caret. Ita autem actio de pauperie locū habet, si contra naturā aliquo seruo re aut feritate, damnum datū sit. Hęc autē d toties tenenda sunt, quoties nec seruus domini iussu, uel uoluntate dā nū dederit, aut animal alicuius instigatu † pauperiem fecerit. tunc enim & directo dominus suo nomine tenebitur, & is, cuius instigatu dā num datum est, in solidum emēdare cogitur.

¶ SUPEREST vt videamus de interdictis. Sunt autem Interdicta, † formulæ & conceptiones uerborum, quibus prætor aliquid fieri iubebat, uel prohibebat. Interdictorum † autem, alia sunt exhibitoria, alia prohibitoria alia restitutoria. Exhibitoria sunt, ueluti de libero homine exhibendo, uel de liberis exhibendis. Prohibitoria sunt, ueluti interdictum per quod prætor prohibet fieri uim sine uitio possidenti. Item ne quid fiat in loco sacro uel religioso, quo ius loci lædatur. Item ne quid fiat in flumine publico, uel eius ripa, quod peius nauigetur. Restitutorium est, ueluti interdictum unde ui, quod competit ei, qui vi de possessione eiectus est, cum c nec ui, nec clam, nec precario, ab aduc

† §. fi. inst. de offi. iudi. l. viij. D. fi. reg.

a ¶ Per quā possidēs negat eē Titio ius, ueluti alius ædificandi.

b ¶ Actio, quæ dicitur conditio furtiua cōpetit domino ad rem sibi furatā tantū persequendam. & distat ab actione furti: quia per eam poenam tantū cōsequimur, per conditionem furti uero rem tantū furatā. Actio uero quæ dicitur damni iniuriæ consequitur quis & æstimationem damni, id est rem & quātū eo anno uel xxx. proximi dieb. plurimi fuerit. quod est poena. ¶ De officio iudicis. † §. præterea insti. de actionib.

¶ De actione in nos ex contractu filiorum uel seruorum.

† l. j. D. quod iussu.

c ¶ Amplissimi ordinis decretum, id est senatusconsultum Macedonianum: quod inhi bet repetitionē ei⁹ pecuniæ quæ data est filiofamilias, nisi data sit filiorū cā, uel militiæ, uel simili ratione. alia idcirco ab his mutæ pecuniæ repetitio inhi bet, quia in hactenus coacti à creditoribus uitæ parentum in fidiabantur. † l. peculium autem. D. de pecul.

¶ De noxalibus actionibus.

† §. i. insti. de noxal. ac. li. D. si quad. paup.

† Idem & rectius.

¶ De pauperie. † insti. si quad. paup. in prin.

d ¶ Quæ dicta sunt de seruo & bruto animali. † d. l. i. §. sed & si instigatu.

¶ De interdictis. † insti. eo. in prin.

† l. i. D. eo.

e ¶ Vi possidet, q. aliū uix possidet. clam possidet, qui sciēs rem aliē nā insciēte dño timēs cōtrouersia futuram, latenter possidet. Precario qui precibus impetrat possessionē, ueluti colonus. hi omnes interdicto unde ui agere non possunt.

† 9. sequens. Instit. de actionibus.

a ¶ Carboniana iter dictio cautum est, ut si pupillo patri uolenti succedere, generis controuersia moueat, ueluti si dicatur non esse filius defuncti, ut hæc questio usq; ad pubertatis annos differat, & interim pupillus possessione rerū hereditariarū hēat, & unde ei alimenta præbeantur. b ¶ Differunt tñ hæc duo interdicta: q̃a uiri possident, locum hēt in reb. immobilib. uerū bi uerō in mobilib.

† I. in honorariis. D. de obli. & act. & Instit. de perpe. & temp. actio.

¶ De exceptionibus. c ¶ Modi soluendæ actionis superius dicti sunt. † a titulo de exceptionib. ad titulum de obligationib. & action.

† Instit. quib. mod. tol. oblig.

¶ De publi. iudi.

ab aduersario possidebat. Item interdictorū, alia sunt † comparata, gratia adipiscendæ possessionis, alia retinendæ, alia recuperandæ. Causa adipiscendæ possessionis sunt comparata interdicta: ueluti, Quorū bonorum, quod competit eis, qui iure pratorio hæredes existunt ad petendam hereditatem. Item, Quorum legatorū, quod competit legatariis ad legatorum possessionē adipiscendam. Item Carbonianum edictum, a quod causa adipiscendæ possessionis introductū est, quod competit puero ad hereditarias res possidendas, quousque discernatur, an filius defuncti sit, qui toties locum habet, quoties d̃ partu dubitatur. Retinendæ possessionis causa, cōparata sunt interdicta, b Vti possidetis, & Vtrubi. quē tūc dantur, cum vterque se possidere cōtēdunt. per quod inquiritur, quis maiore parte eius anni, nec clam, nec vi, aut precario ab aduersario possederit. Restituendæ possessionis causa comparatum est interdictum, Vnde vi, quod ei competit, qui de possessione vi expulsus est, intra annum utilem, vtilis annus est, intra quem copia experiundi fuit. In hoc interdicto nihil aliud quæritur nisi si possessor qui vi expulsus est, ab eo qui expulit, nec ui, nec clam, nec precario possidebat. Et notandum, quod tam interdicta quā etiam omnes actiones pratoriæ, si in rē sunt, perpetuę sunt: si in personam, anno † terminantur. Omnes uerō actiones vel interdicta, ita demū locū habent, nisi vel ipso iure sublata sint, vel præscriptione remoueantur, vel exceptione elidantur. Quomodo autem ipso iure tollantur vel præscriptione remoueantur, superius dictum est. Nunc uerō uidendum, quomodo exceptione inefficaces ostendantur.

¶ EST AVTEM EXCEPTIO, c CONTRA actionem, ipso iure tenentem, gratia eius, cum quo agit, ex æquitate inducta defensio, ueluti hæc † Doli mali, Quod metus causa, Pacti conuenti, Iurisiurandi, Rei iudicatæ, Non numeratæ dotis, Non numeratæ pecuniæ. hæc autem exceptiones tūc locum habēt, cum is qui cōuenitur iure quidem stricto tenetur, actione, sed ei contra ius strictum, aliqua prædictarum causarum interueniente ex æquitate succurritur. Si enim non tenet actio, nullo modo locū habet exceptio. tenet uerō actio donec certus modus eius soluendæ interuenit. Itaque si alicui nouem per stipulationem promiserit: posteaque ne à me petat, cum eo conuenero, uel mihi, eo deferere, iurandū, non me sibi eadem debere iurauero: vel si iudicatum erit me sibi decem non debere, uel si dolo id fecit, ut ego promitterem, uel metu ad promittendum me cogit, uel si ideo promissi, quod mihi eum numeraturū putauī, licet stricto iure eius contra me ex stipulatu actio teneat. Hęc enim †, non nisi solutione uel acceptance pacti conuenti, uel iurisiurandi, aut iudicati, aut doli, aut metus, uel non numeratæ pecuniæ, sum mouebo.

¶ CRIMINALIS CAUSA EST,

cum crimen aliquod intentat: unde non pecuniariū cōmodum, sed vindicta personę spectatur. hæc uerō non per actionem exercetur, sed per accusationē, & solennem † inscriptio nem. Is enim qui aliquem accusare uult, conscribere debet libellū accusationis, in quo & crimen cōtineat, † & locum, & tempus, & diem, & nomen accusati, & quo cōsule factum esse ostēdat, & ad iudicem deferre. In publico autem crimine, cuiuslibet ex † populo accusandi potestas datur: unde & publica dicuntur, quasi publica, dum aliqua speciali ratione nō prohibeatur. Prohibentur tamen serui, liberti, contra patronos (nisi in crimine maiestatis) parentes, liberi, mulier, miles, nisi in sua causa suorumque. Itē publico crimine accusatus prohibetur alium accusare, donec se † expurgat. Item impuberes, & qui sensu carent. Item de adulterio accusatio contra mulierem, marito primitus, & postea propinquis deferitur. Item de homicidio prius hæredibus interfecti, postea cuiuslibet accusatio deferitur.

¶ ITEM IN PVBLICO Iudicio tria genera poenarum consideranda † sunt. Summum genus est, suspensio, crematio, decollatio, bestiarum subiectio. Medium genus, poenæ, metallum, ludus, deportatio. Minimum, relegatio, exiliū, publica uincula. Omnes autem poenæ tam publicorum iudiciorū, quā & priuatorum molliendæ sunt, non † exacerbanda: beneficia uerō exaggeranda sunt, & ideo poenę ad exemplum trahendę non sunt. Sunt autē publica iudicia hæc, lex Iulia, quæ adulteros punit capite. Item de stupro, quæ tutorem qui pupillæ † uirginitatem corrumpit, in exilium damnat, & res eius, fisco deputat. Eadem lege punitur capite, ea quæ seruo proprio † occulte se miscuerit, seruus etiam uiuus igni traditur, & huius criminis accusatio etiam seruis concedit. Item capite punitur ex sententia eiusdem legis, masculorum concubitores. † Lex Cornelia † testamentaria quæ punit eum, qui testamētum, quive aliud instrumentum dolo malo conscripserit, recitauerit, subiecerit, amouerit, deleuerit, commutauerit, quive sigillum adulterinum fecerit, impresserit, quive falsam monetam, uel adulterinam fecerit, qui falsum testimonium dixerit: qui ob falsum testimonium perhibendum, uel uerum non perhibendum aliquid acceperit, dederit, uel quive iudicem ut sententiam ferat, vel non ferat corruerit, corrumpere curauerit, qui ob sententiam dicendam, vel non dicendam acceperit, honestiores personas quidem deportatione & publicatione bonorum, humiliores, aut in metallum, aut fortē suspensione. Serui autem post commissum, manumissi capite puniuntur. Item lex Cornelia de sicariis, d & ueneficiis, e quę poenam infligit his, qui hominē occiderint, uel eius rei faciendæ causa furtiuē, cum telo fuerint, & qui uenenum hominis necandi causa habuerint, uendiderint, parauerint, qui falsum testimonium dixerint, ob quod quis mortuus fuerit, mortisue causas parauerint,

† Instit. de publ. iudi. in princ.

† I. libellorum. D. de accusationib.

† Instit. de publ. iudi. in princip.

† I. qui accusare. & I. si quæ. D. de accus.

† I. neganda. C. qui accusa. non poss.

¶ De Poenis. † I. aut damnū. D. de poen.

† I. pen. D. de poen.

† 6. item lex Iulia. Instit. de publ. iud.

† I. unica. C. de muli. q. feruis prop.

† I. cum uin. C. de adul. † I. j. viij. ix. D. de fal.

d ¶ Sica, est ferreus culter: ponitur tamen pro quolibet gladio. e ¶ Item eadem puniuntur magi, aruspices, augures, qui nocturna demonum sacrificia celebrant: & p incantationes demones inuocant, consuluntve tēpestatesque emittunt, q; hoīes imolant: hi autē bestias subiciant, aut iniuri uerantur, aut capite puniuntur.

si quid

† l. i. D. de fice.
† l. i. D. de parricid.

† l. vnica. C. de iis, qui
par.

† auth. ut iudic. sine
quoqua suffr.

† si iuxta lex Julia, iust.
de pubiudic.

† l. i. D. ad leg. Jul. pec.

† l. i. & toto tit. D. ad
leg. Jul. maie.

† l. i. D. ad leg. Jul. de
ambi.

a q Suffragia, dicuntur
uoces acclamationū
in turba.

† l. vnica. C. de rap.
virg.

† l. si quis non dicam
rapere. C. de episc. &
cleric.

† l. i. C. de iis, qui la-
to.

† l. i. C. de seditionis.

† l. iiii. & ix. D. de pecu-
la.

† l. i. C. de accus.

si quidem honestiores sint personæ, capite puniuntur, aut in insulas deportantur. Humiliores vero aut furcis suspenduntur, aut bestiis subiiciuntur. Item lex Pompeia de parricidiis quæ punit eos, qui patrem matremve aut aliquem ascendentem, filium, filiamve, aut aliquem de descendentibus fratrem sororemve, vel aliū propinquum occiderint. Hi enim immisi culleo, cum gallo gallinaceo, item simia aut vipera, in vicinum mare, aut amnē (prout qualitas regionis tulerit) proiiciantur. Item lex Fabia de plagiaris. Plagiū est liberi hominis furtum, quæ capite punit eos, qui liberos alienos furantur. Item lex Julia repetundarum, quæ iubet ut iudices post depositam administrationem per quinquaginta dies in eadem provincia morentur. & si inuenti fuerint furtis aut sceleribus se commaculasse, omni honore exuti, inter infames habeantur. Item lex Julia de vi publica seu priuata, qua honestiores, tertia parte bonorum amissa, relegantur. Humiles in metallum damnantur. Item lex Julia peculatus, quæ capite punitur, qui publicam pecuniam furatus, in suos usus conuerit. Est autem peculatus, furtū publicæ pecuniæ. Item lex Julia maiestatis, quæ poenam infligit his, qui arma contra Imperatorem vel rempublicam mouerint, cuiusve ope vel consilio mota sunt, exercitusve in insidias deductus est, quiue sine iussu Imperatoris bellum mouerit, exercitumve conduxerit, sollicitauerit, comparauerit. huius quidem poena, humiliores bestiis subiiciuntur, aut viui vtuntur. Honestiores vero capite puniuntur, ac post mortem memoria eorum damnatur. Item lex Julia de ambitu, quæ in insulam deportatur, qui turbam suffragiorum causa conduxerit, ut aut consulum, vel aliquam dignitatē adipisceretur, aliquid alicui dederit vel promiserit. Item publicum crimen est, raptus, quo crimine puniuntur capitali sententia, qui virginem, seu viduam, vel quamlibet mulierem, per raptum sibi vel alii in matrimonio, vel contubernio sociare uoluerint, quiue etiam ad huius factum, assensum & cōsiliū opemve præbuerint. Eadem puniuntur qui uirgines uel uiduas sacras, cauſa iungendi in matrimonio non dicam rapere, sed tantum fuerint ausi attentare. Item publico crimine, si uilior persona est, fustibus ceditur, si quis latronem, vel in publico crimine reum in domo sua occultauerit, aut iudici tradere neglexerit. si uero honestior sit persona, iudicis arbitrio damnum patietur. Item æstimatione iudicis puniuntur, qui seditionem audent commouere. Item fustibus ceditur, qui iniuriam publico iudicio fecisse conuincitur. Item qui sacrilegium faciunt, uel deportantur ad tempus honestiores, uel humiles in metallum damnantur. Item qui terminos effodiunt uel exarant, uel alio in aliquis fraudem commutant, si quidem serui fuerint, in metallum damnantur. si uero humiliores personæ, in opus publicum. honestiores in insulam, amissa tertia parte bono-

rum, relegantur, & damnum soluere cogunt. In omnibus autem publicis criminibus, non solum is tenetur, qui facit, sed etiam qui faciendum mandat, cuiusue etiam consilio facta sunt. Item publico crimine damnatur qui se periurasse conuincitur, qui ultimo supplicio ferietur.

¶ BONA AVTEM capite damnatorum, non ut olim ad lucrum præsidis pertinere debent, sed ab intestato venientibus restitui oportet. Et hæc nos summam de publicis iudiciis, dixisse sufficiat. Alioquin in libris Digestorum seu Pandectarum, diligentior disciplina paratur.

¶ NVNC DE SENTENTIIS & prouocationibus consideremus. Omnis sententia definitiua, & certam rem uel quantitatem continere, & in scriptis proferri debet. Alioquin nullas uires habebit, nec ab ea prouocandum est. Iure uero sententia data, executioni mandanda est, nisi ab ea prouocetur. Prouocatione uero sententia suspensa, executio differenda est. Prouocare autem potest quis, non solum in ciuili causa, sed etiam in criminali. Item contra omnem sententiā appellari potest, nisi is qui sententiā dedit, sit præfectus prætorio: tunc enim non prouocatio, sed retractatio locum habet. Item omnis prouocatio intra x. dies à die latæ sententiæ fieri debet, postea non admittitur. Quod autem contra omnium iudicum sententias possit appellari, Iustiniani imperatoris nouella constitutio ostendit, titulo de appellationibus, & intra quæ tempora &c. Omnes iudices portæ appellationes suscipiant, nisi sit præfectus prætorio. Quod autem intra decem dies quis possit appellare, eius noua constitutio præcipit, dicens, Omnis prouocatio siue per se, siue per alium quis velit prouocare, intra decem dies porrigatur, quos numerari constitutio præcipit ex ea die qua definitiua sententia recitata est.

¶ QVI AVTEM ex contumacia absunt, condemnati prouocare non possunt. Item qui in aliquo negotio bis uictus appellauit, tertio appellare non poterit. At enim prædicti Imperatoris noua constitutio, prouocationes damnato non denegantur, nisi fortè tertio appellare quis maluerit. Nam & tertia prouocatio interdicta est. Sed nec contumaces appellare possunt.

¶ LEGITIMA AVTEM prouocatione, iudices intra statutos x. dies, eam recipere non reculant. & xxx. dies postquam prouocatio subsecuta est, literas dimissorias, quæ vulgo apostoli nominantur, & etiam ista negotii apud se confecta. dare non differant. Quis non fecerint, calculus quidem temporis transactione minimè confirmabitur. Ipse uero Iudex & qui ministerium ei præbent, omne damnum quod ex hac causa reus passus est reddere cogatur, & denas libras auri, priuatis largitionibus Imperatori poenæ nomine exoluat. hoc etiam obseruandum in omnibus prouocationibus, ut appel-

† l. non ideo minus. C.
de accus.

¶ De bonis damnato-
rum.
† auth. bona damnato-
rum. C. de bo. proferri.
& oportet. in auth. &
manda. princ. coll. iii.

¶ De sententiis, &
prouocationibus.
b. ¶ Excepta episco-
pali sententia: q. & si-
ne scriptis proferri po-
test. nisi partes ut in
scriptis proferatur de-
siderauerint. hinc dat
executioni, quando iu-
dex facit eam impleri.
† l. a. pro consulibus. C.
de appell.

c. ¶ Præfetti præto-
rio tantum tres erant,
unus in urbe, duo ex-
tra.

† in fin. princip.

† in auth. de appel. &
intra quæ tēp. in uerf.
& sancimus.

¶ Qui prouocare non
possunt.

† l. vnica. C. ne lice
in eademq. causa.

¶ Extra modum tempus
omnis prouocatio fieri
debeat.

† l. iudicibus. C. de ap.

† l. quoniam iudices
C. eo.

† l. eos, qui. C. eo.

appellationes factæ intra statutum tempus, si quidem utraque pars præfens fuerit, iudex qui de appellatione cognoscit, sine dilatione, quæ acta sunt perferretur, & legitimum calculum proferat. Quod si solus appellator intraverit usque ad ultimum fatalem diem, id est usque ad finem biennij, lis differatur: quo elapso iudex legitimam sententiã dicat. Quod si solus victor intraverit, nõ solum ultimum fatalem diem, sed & tres menses, t idem tempus reparationis expectet. Quod si etiã tunc nõ venerit, nullatenus biennalis præscriptio opponatur, sed acta considerentur, & secundum quod rectum iudex inuenerit, sententiam ferat. & generaliter semel appellatione introducta ab vna parte vel ab utraque, non biennalis temporis transactio, sed rei veritas priorem calculum confirmet, siue vna parte præfente, altera absente, siue utraque præfente. Ex hoc sciendum quod si is qui appellat, absens fuerit siue vincat, siue vincatur, impensas t soluere cogitur. Si autem & calumniator esse conuincetur, in quadruplũ eas exoluet, & perpetuam infamiam subiacebit.

¶ EST AUTEM CALVMNIATOR, QUI sciens litem ad se non pertinere, aduersarij vexandi gratia, litem mouit. Ad quos autem iudices appellare liceat, dicere necessarium non duximus, eo quod ij, quos lex nominat, apud nos non habentur. Hoc tamen sciendum, quod si datus iudex sententiam dederit, ad eum, qui dederit, esse t appellandum. Ab arbitro autem, tantum communium partium consensu t electo, prouocandum nõ esse tam diui principes, quã etiam iuriconsulti voluerunt.

F I N I S.

ἡ ἀρχὴ τῆς ἀποστολῆς καὶ τῆς ἐπιστολῆς.

C A I I I N S T I T V T I O N V M
quorum prior de personis, posterior de rebus.

TITVLI LIBRI PRIORIS.

De statu hominum. De adoptionibus.
De numero seruorum Testamento Quibus modis filij exeat a potestate patris.
De iure personarum. De tutelis.
De matrimonijs. De curatore. t

De statu hominum. TITV. I.



MNES HOMINES aut liberi sunt, aut serui: sed ex ipsis q liberi sunt, alij sunt ingenui, alij libertini. Ingenui, qui ingenui nati sunt. Libertini, qui iusta seruitute manumissi, liberi fiunt. Ingenuorum omnium vnus status est. Libertorum

verò ideo non vnus est, quia tria sunt genera libertorum: t quia liberti aut ciues Romani sunt, aut Latini, aut Dedititij. tamen qui ciues Romani sint, qui Latini, breuiter explanandum est. ¶ Ciues Romani sunt, qui iis tribus modis, id est, testamento, aut in ecclesia, t aut ante Consulem fuerint manumissi. Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut cõ

uiuij adhibitione manumittuntur. Dedititij t uerò sunt, qui post admissa crimina suppliciis subditi, & publicè pro criminibus cæsi sunt, aut in quorũ facie uel corpore quæcũque iudicia, aut igne, aut ferro impressa sunt: & ita impressa sunt, ut deleri non possint. ij, si manumissi fuerint, Dedititij appellantur. Sed inter hæc tria genera libertorum t ideo ciues Romani meliorem statum habent, quia & testamenta facere, & ex testamẽto quibuscunque personis succedere possunt, Nam & Latini, & Dedititij, nec testamenta condere, nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt vllatenus vindicare. tamẽ Latini certis rebus priuilegia ciuium Romanorũ Libertorum consequi possunt. Dedititij verò nulla ratione possunt ad ciuium Romanorum Libertorum t beneficium peruenire. Nam Latini patronorum beneficium, id est, si iterum ab ipsis aut testamento, aut in Ecclesia, t aut ante Consulem manumittantur, ciuium Romanorum priuilegia consequuntur. Non tamen omnes domini seruos suos manumittere possunt. Nam si aliquis multa debita habeat, cuius substantia à creditoribus teneatur obnoxia, si in fraudem creditoris sui seruos suos manumittere voluerit, collata manumissio non valet. Aut si Libertus ciuis Romanus filios liberos non habuerit, & in fraudem patroni sui seruos suos manumittat, similiter data manumissio non valebit. Præterea minor t quicunque uiginti annorum dominus, seruo suo libertatem dare non potest, nisi fortè tatum minor manumissor, cui pater suus & mater à patrono donati sunt, eosdem manumittat, aut certè pædagogum, aut conlactaneum manumittat. Nam quamuis dominus, id est, quatuordecim annos egressus testamentum facere possit, & hæredem instituere, & legata relinquere: libertatem tamen seruis non potest in hac ætate cõferre. t

De numero seruorum Testamento manumittendorum. TITV. II.



Onstitutum est, t quantum seruorum numerum testamento, de quãta familia liceat manumitti, hoc ordine: Vt si quis duos seruos habet, ambos manumittere possit. Qui uerò tres, duos testamẽto manumittat. Qui quatuor, similiter duos. Qui sex, tres. Qui octo, quatuor. Qui decẽ, quinque. Qui undecim, duodecim; tredecim, quatuordecim, decem & quinque, decem & sex, decẽ & septẽ, similiter quinque. Qui decẽ & octo, sex. Et ab hoc numero usque ad triginta, tertiã partem manumittere liceat. Qui amplius quàm triginta habuerit, usq; ad centũ, quartam partẽ de numero seruorum, manumittere potest. Qui uerò plures quàm centum habuerit, quintam partẽ manumittere potest. Sed & hoc statutũ est, ut de qualibet grandi familia, nulli amplius, q centum testamento manumittere liceat. Nam qui uoluerit aut in Ecclesia, t aut ante Consulem, aut inter amicos, aut per epistolam manumittere, potest iis manumissionibus omnem familiam iugo seruitutis absolvere. Nam si aliquis testamento plures manumittere uoluerit, quàm continet numerus superscriptus, ordo seruandus est. Vt illis tantum libertas ualeat, q prius manumissi sunt, usque ad illum numerum, quẽ explanatio continet superius comprehensã. Qui uerò postea supra constitutum numerũ manumissi leguntur, integrẽ in seruitute eos decretum est permanere. Quod

Quod si non nominatim serui, vel ancillæ in testamento manumittantur, sed confusè omnes seruos suos, & ancillas is qui testamētum facit, liberos facere voluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas, sed omnes in serui conditione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebūt. Nam & si ita in testamento seruorū manumissio adscripta fuerit, i. in circulo, vt qui prior, qui posterior nominatus sit possit agnosci, nulli ex iis libertatem valere manifestum est: si agnosci non potest qui prior, qui posterior manumissus fuerit. Nam si aliquis in ægritudine constitutus, in fraudem huius legis facere voluerit testamentum, sed epistolis, aut quibuscunque aliis rebus seruis suis pluribus quam per testamentū licet, conferre voluerit libertates, & sub tempore mortis hoc fecerit, i. qui prius manumissi fuerunt, vsque ad numerum superius constitutum, liberi erunt. Qui verò post statutū numerum manumissi fuerint, serui sine dubio permanebunt. Nam si in coloniis quoscunque diuerso tempore manumisit, inter eos qui per testamentum manumissi sunt nullatenus computentur.

De Inpe personarum.

TITVL. III.

Alique personæ sui iuris sunt, aliquæ alieno iuri subiectæ sunt. Itaque cum ostenditur quæ personæ alieno iuri subiectæ sint, tunc euidenter agnosciuntur, quæ sui iuris sint. In potestate itaque dominorum sunt serui, quam potestatem omnes gentes habere certum est. sed si distingēdi in seruos dominis propria potestate perimitur, occidendi tantum seruos suos domini licentiam nō habebunt, nisi forte seruus dum pro culpæ modo ceditur, casu forsitan moriatur. Nam si seruus dignum morte crimen admisserit, iis iudicibus, quibus publici officii potestas commissæ est, tradendus est, ut pro suo crimine publicè puniatur. In potestate etiam patrum sunt filii ex legitimo matrimonio procreati.

De Matrimonijs.

TITVL. II.

Legitimæ sunt nuptiæ, si Romanus Romanam uxorē. Sed non omnes personas uxores ducere licet: quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec auo neptē, nec nepoti auiam. Quod non solum de personis, quæ nobis propinquitate coniunctæ sunt, sed etiam de adoptiuis, hoc est adfiliatis, iussum est obseruari. Nam si per emancipationem adoptio dissoluatur, nuptias tamē inter has personas semper constat illicitas. Inter fratres quoque & sororem siue eodē patre ac matre nati fuerint, siue diuersis matribus aut patribus matrimonia esse non possunt. Inter adoptiuos etiā fratres illicita sunt coniugia, nisi fortē adoptio emancipatione fuerit dissoluta. Nam si emancipatio interuenerit, nuptiæ inter huiusmodi fratres licite contrahuntur. Fratrū quoque & sororis filiam uxorem ducere non licet. Sororem quoque patris ac matris uxores accipere non licet. Genero quoque socrum suā, nec socero nūrum uxorem accipere licet. neque vitrico priuignam, neque priuigno nouercam. Fratres etiā amitinos vel consobrinos matrimonio iungi nulla ratione permittitur. Sed nec vni viro duas sorores uxores habere, nec mulieri duobus fratribus iungi permittitur: quia si quis incestus vel nefarias, id est, quæ sunt superius comprehensæ, nuptias inierit, nec uxorem habere videt, nec filios. Nam ii, qui ex huiusmodi conceptione nati fuerint, licet videantur habere, patrem vero nullatenus

habere cēsentur, et tanquam si de adulterio concepti, fuerint computantur, qui Spuriū appellantur. hoc est sine patre filij. Regula iuris hoc continet, vt qui legitime concipiuntur, tempore conceptionis statum sumant. Qui verò non de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumant eo tempore quo nascuntur. Ac proinde legitima coniunctione conceptus, etiā si mater eius statum mutet, id est, si ancilla fiat, ille qui legitime conceptus est, ingenuus nascitur. Nam qui nō legitimo matrimonio concipitur, si mater eius ex ancilla dum prægna est, libera facta fuerit, liber nascitur. Si vero ex ingenua ancilla prægna facta fuerit, seruus nascetur: quia non legitime, sed vulgo conceptus est.

De Adoptionibus.

TITVL. V.

Adoptio naturæ similima adeo est, ut aliquis filiū habere possit, quem non generauit. Et ipsa adoptio duobus modis fit. Vna quæ arrogatio dicitur, alia quæ adoptio. Arrogatio est, quando quis patrem non habens adoptat, & ipse se in potestatem adoptiui patris dat. Et ideo arrogatio dicitur: quia & ille qui adoptat, interrogatur, vt illum quem adoptat, filium habere velit. & ille qui adoptatur, interrogatur, vt id fieri velit. Illa verò alia adoptio est, vbi quis patrē habet, ab alio patre adoptatur. Et ita ille qui adoptatur, d. certi patris potestate discedit, & in adoptiui patris incipit esse potestate. Nam & foemina adoptari possunt vt loco filiarum adoptiuis patribus habeantur. foeminae vero adoptare nō possunt: quia nec filios ex se natos in potestate habent. Spadones autem qui generare nō possunt adoptare possunt. Et licet filios generare non possint, quos adoptauerunt, filios habere tamen possunt. Si quis verò filios habens se dederit adoptandum, non solum ipse in patris adoptiui potestatem redigitur, sed & filii eius. si tamen auium patrum non habuerint, in adoptiui patris transeunt potestatem, tanquam nepotes.

Quibus modis filij exeunt potestate patris. TIT. VI.

Filii, qui in potestate patris sunt, mortuo patre sui iuris fiunt. Sed si hic filius, qui morte patris sui iuris effectus est, filios habeat, qui in eius post patris sui obitum erūt filii potestate. Nam si pater moriatur, & auus paternus viuat, nepos ex filio sui iuris esse non potest: quia in aui remanet potestate, qui auo mortuo sui iuris efficiuntur. Item si moriatur pater, & relinquat filium emancipatum, & ex eodem filio emancipato nepotes, tunc nepotes liberi & sui iuris erunt, & in patris emancipati potestatem nō veniunt. Item de potestate patris exeunt filii, si pater eorum in exilium missus fuerit: quia non potest filium ciuem Romanum in potestate habere homo peregrinæ conditionis effectus. Itē filius si viuo patre in exilium missus fuerit, in potestate patris ciuis Romanus esse non potest: quia similiter peregrinæ conditionis factus esse agnoscitur. Item si ab hostibus pater captus sit, in potestate quandiu apud hostes fuerit, filios non habebit. Sed si de captiuitate euaserit, iure postliminii omnē sicuti in alijs rebus, ita & filios recipit in potestatem. Si verò pater, qui ab hostibus captus est, iam captiuitate moriatur, ab eo tempore, quo ab hostibus captus est, filii sui iuris effecti intelliguntur. Item per emancipationē filii sui iuris efficiuntur. Sed filius masculus tribus emancipationibus de potestate patris exit, & sui iuris efficitur. Emancipatio autem, hoc est manus tra-

Spuriū.

Arrogatio.

Adoptio.

Quod.

Emancipatio.

s. d. i. o.

ditio, quædam similitudo venditionis est: quia & in emancipationibus præter illum, hoc est certū patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo iste naturalis pater filium suū fiduciario patri emācipat, hoc est manu tradit, quo fiduciario patre naturalis pater unum aut duos nummos, quasi in similitudinem pretii accipit, & iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit. Hoc secundo & tertio fit, cum fiduciario patri mancipat ac tradit. Et sic de patris potestate exit. Quæ tamen emancipatio solebat ante Præsidem fieri, modo ante Curiam facienda erunt, ubi quinque testes ciues Romani in præsentia erunt, & pro illo qui Libripens appellatur, id est, stateram tenens, & qui Antestatus † appellatur alii duo, ut septē testium numerus impleatur. Tamen cum tertio mancipatus fuerit filius à patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei à fiduciario patre mancipetur, & à naturali patre manumittatur: ut si filius ille mortuus fuerit, ei in hæreditate naturalis pater, non fiduciarius succedat. Fœminæ, uel nepotes masculi ex filio, vna emancipatione de patris vel aui exeunt potestate, & sui iuris efficiuntur. Et ij ipsi quālibet una emancipatione de patris vel aui potestate exeunt, nisi à patre remancipati fuerint, & à naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater nō potest, nisi fiduciarius à quo manumissi sunt. Nam si remancipatum sibi naturalis pater vel auus manumiserit, ipse eis in hæreditate succedit. Quod si habeat quis filium, & ex eo nepotes, & voluerit filium emancipare, & nepotes in sua potestate retinere, in arbitrio eius est, ut si voluerit nepotes emancipare, & filium in sua potestate retinere, hoc ei pro iuris ordine licere manifestum est. Quod non solum de nepotibus, sed & de pronepotibus similiter facere potuit.

† Antestari Budæo teste, est capere in testem.

De Tutelis.

TITVL. VII.

Tutores aut legitimi sunt, aut testamentarii. Legitimi sunt, qui pupillo per uirilem sexum propinquitate coniunguntur, & qui proximior fuerit de agnatis, ad ipsum legitimā tutela pertinet: quia is qui proximus fuerit ad hæreditatem, ipse proximus est ad tutelam. Testamentarii sunt, quos patres aut aui paterni in testamento suo tutores filiis, aut nepotibus dederint. Quod si nec testamentarius, tutor fuerit nec legitimus, tunc inquisitione iudicis, pupillis tutores dantur.

De Curationibus.

TITVL. VIII.

Peractis pupillaribus annis, quibus tutores absoluuntur, ad curatores ratio minorum incipi pertinet. Sub curatore sunt minores ætate, maiores euerfores, infami. Ij qui minores sunt, usque ad viginti & quinque annos completos sub curatore sunt. Qui uero euerfores †, aut infani sunt, omni tempore uita suæ sub curatore esse iubentur: quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.

† id est pre diu.

INSTITVTIONVM CAII LIBRI
PRIORIS, DE PERSONIS,
FINIS.

Caii Institutionum Liber posterior, de

STERIOR, DE
REBUS.

TITVLII LIBRI POSTERIORIS.

De rerum diuisione.

De testamentis.

De exheredatione liberorum.

De Substitutionibus, & secundis tabulis.

De Legatis.

De lege Falcidia.

De Fideicommissis.

De † testatorum hæredibus.

De obligationibus.

Quibus modis obligatio tollatur.

De Obligationibus ex delicto.

† hæredibus.

Caius superiore Commentario de Iure personarum disputauit, hoc Commentario de Rebus, tractat.

De Rerum diuisione.

TITVLVS I.



Mnes itaque res aut nostri iuris sunt, aut diuini, aut publici. Nostri iuris sunt, quæ in proprietate nostra esse noscuntur. Diuini iuris sunt ecclesiæ, id est, templa Dei, ac patrimonialia, ac substantia, quæ ad ecclesiastica iura pertinent. Publici iuris sunt, muri, forum, portæ, theatra, circus arena, quæ antiquitus sancta appellata fuerunt, pro eo quod exinde tolli aliquid, aut contingi non liceret. sed hoc omnia in nullius bonis esse uidentur: ideo publici iuris esse dicuntur. Sed & res hæreditariæ antè quàm aliquis hæres existat, id est, quandiu dubitatur, utrum scriptus, aut legitimus hæres succedere debeat, in nullius bonis esse uidentur. Præterea quædam res corporales sunt, quædam incorporales. Corporales sunt, quæ manu tangi possunt, uelut ager, mancipium, uestis, aurum, argentum, & iis similia. Incorporales sunt, quæ tangi nō possunt: qualia sunt ea quæ non in corpore, sed in iure consistunt, sicut est hæreditas, & obligationes de diuersis contractibus scriptæ. Et licet hæreditas, vel emptio, aut diuersi contractus res corporales in se habeant: ius tamen ipsius hæreditatis vel emptionis, aliorumque contractuum incorporale est. Incorporalia etiam sunt iura prædiorum urbanorum, uel rusticorum, Prædiorum urbanorum iura sunt, stillicidia, fenestræ, cloacæ, altius erigendæ domus, aut non erigendæ †, & luminum, ut si ita quis fabricet, ut vicine domui lumen non tollat. Prædiorum uero rusticorum iura sunt, uia vel iter, per quod pecus aut animalia debent ambulare, vel ad aquam duci & aquæ ductus, quæ similiter incorporalia sunt. Hæc iura tamen rusticorum prædiorum, seruitutes appellantur. Item regulariter constitutum est, ut superposita inferioribus cedat: ut si quis in solo nostro sine nostro permissu domū ædificauerit, ad eum, cuius terra est, domus ædificata pertineat. Vel si aliquis in agro nostro arbores, aut vineas, uel plantas quascunq; posuerit, similiter superficij † solo cedat. Vel si in campo seminauerit, omnia hæc, quæ in terram alienā iactantur, domino terræ acquiruntur. Quod † de chartis & pergamenis, si in alienis scribat, licet aureis: uel argenteis literis, similiter eius est scriptura, cuius charta, aut pergamena fuerit. Quod & de tabellis, hoc est, si aliquis in tabella mea picturam fecerit, obseruetur: quia statutū est, ut tabellæ pictura cedat. Quod si quis ex uuis meis uinum, aut spicis frumentum, aut ex oliuis oleum

Iura prædiorum. † aut.

Seruitutes.

† super cies.

† quod ad chartas, et membra nas adtin-

vis oleum fecerit, eius vinum, triticū, vel oleum est, cuius spicæ, aut vuz, aut oliuæ fuerint. Si quis etiam ex tabulis alienis nauem aut armarium, aut quodcūque ad vsum pertinēs, fecerit, simili ratione eius erūt quæ facta fuerint, de cuius ligno facta probātur. Similiter etiam, si ex lana vel lino vestimenta fecerit, eius erunt vestimenta, cuius lana vel linum fuisse probabitur. Similiter etiam si iis omnibus superius comprehensis, quicunque in terra aliena aliquid posuerit, aut ædificauerit, aut horum quæ dicta sunt, aliquid fecerit, illis q̄ aliena præsumperunt, hoc cōpetit, ut expēs uel impēdia, quæ in iis fecerint, à dominis, qui rē factam vindicant, recipere possint. Acquiri autem nobis nō solū per nosmetipsos, sed & per eos qui in

† quia.

† id.

